II.

EL MONASTERIO DE SANTA CLARA EN BARCELONA. BULAS INÉDITAS DE ALEJANDRO IV, URBANO IV, CLEMENTE IV, BONIFACIO VIII Y JUAN XXII.

El archivo del monasterio ha perdido una página muy notable. La cita el P. Mateo Aymerich (1) al efecto de expurgar el texto de las Cortes de Lérida que celebró D. Jaime *el Conquistador* en 1257, á 4 de Abril. En ese texto introdujo Balucio (2) un *Alberto* que embrolla la serie del episcopologio barcelonés; pero los antiguos códices manuscritos, que ha consultado la Comisión de nuestra Academia para la edición de las *Cortes de Cataluña*, patentizan unánimes el error del editor francés, porque escriben *Ar(naldus) Barchinonensis.*

Fué D. Arnaldo de Gurb insigne protector del monasterio de Santa Clara (3). Era arcediano de la catedral cuando, por muerte (28 Marzo, 1252) del obispo D. Pedro de Centelles, obtuvo Don Arnaldo la gobernación de la *Sede vacante*, que no tardó en ocupar, como lo prueba la donación de ciertas casas en Valencia que le hizo el rey D. Jaime á 3 de Marzo de 1253. Los documentos **(33-39)** del año 1255, que arriba expuse (4), manifiestan cómo acrecentó en su ciudad y diócesis el culto de San Antonio de Padua, titular de la iglesia del monasterio; en el cual, no obstante su estrecha clausura, podía penetrar tres veces al año, autorizado para ello por dispensación pontificia. Sobrevino la canonización de Santa Clara (25 Septiembre, 1255), cuya primera fiesta en toda la cristiandad había de celebrarse á 12 de Agosto

---

(1) *Nomina et acta episcoporum Barcinonensium, binis libris comprehensa atque ad Historiae et Chronologiae rationem revocata*, p. 354. Barcelona, 1760.

(2) *Marca hispanica*, columna 1441.

(3) BOLETÍN, tomo XXVII, p. 286.—San Andrés de Gurb, su villa natal, dista media legua de la ciudad de Vich.

(4) *Ibidem*, p. 309-312.

del año siguiente, y con singular brillo en Barcelona por la Comunidad, que regía Sor Inés, sobrina de la Santa; y así no es maravilla que D. Arnaldo de Gurb y su Cabildo se moviesen luego y determinasen con justa equidad á suscribir el pacto, que indica el P. Aymerich (1); y es el siguiente, cuyo paradero ha indagado y felizmente descubierto, remitiéndome copia hecha por el Dr. Puig, el Excmo. é Ilmo. Sr. D. Jaime Catalá, actnal obispo de Barcelona y digno correspondientc de esta Real Academia.

40.

Barcelona, 30 de Mayo de 1256. Pacto que hicieron el obispo D. Arnaldo de Gurb y su Cabildo con la abadesa Doña Inés de Peranda y su Comunidad sobre el servicio de una misa diaria en la iglesia del monasterio, destinando para ello la manda ó legado del difunto Juan Corretger.—Archivo de la catedral de Barcelona, *liber I antiquitatum*, fol. 270, núm. 725.

Cum Johannes quondam Corrigiarii in sua ultima voluntate ordinasset et mandavisset quod de bonis suis unus pauper instituteretur per manumissores suos, qui perpetuo simul cum aliis pauperibus reficeretur, pro salute anime sue, in refectorio ecclesie barchinonensis; et manumissores ipsi assignassent et deputassent quatuordecim morabatinos mensuales pro refectione dicti pauperis facienda, et redditus qui deberent emi de centum morabatinis, quos poncius de alesto tenet in auro, cum deberent deputari et assignari simul cum dictis quatuordecim aureis censualibus pro dicti refectione pauperis; Domina Agnes abbatissa domus sancti Antonii, ordinis sancti Damiani, et conventus eiusdem suplicarunt, et instanter per multos bonos homines barchinone, et specialiter per poncium de alesto et petrum romei manumissores testamenti dicti Johannis, peti et supplicare fecerunt a nobis A(rnaldo) dei gratia episcopo et capitulo barchinone, ut, cum

(1) «Primus est Arnaldus, cujus tamquam viventis et Barcinonensem Ecclesiam gubernantis fit mentio in scriptura autographa, asservata in Archio Curiæ Episcopalis Barcinonensis, exarata 3 kal. Julii *(corr.* Junii) anni 1256.»

ipse propter nimiam paupertatem suam non habeant unde unum, qui in earum ecclesia deserviat et celebret, tenere valeant sacerdotem, decetero hos redditus et possessiones iam emptos et qui emi debent de centum aureis antedictis, quadam compensatione helemosine, ad sacrificium scilicet assignare et deputare deberemus uni sacerdoti, cum perpetuo, cum hiis que ipse in sustentationem ipsius adiungerent, continue diebus singulis pro salute anime dicti johannis corrigiarii in earum ecclesia celebraret, et missas et orationes una cum ipsis.

Licet igitur valde difficile, immo perdurum, videatur ut institutio facta in ecclesia Barchinonensi racione aliqua invalidetur et quod aliquatenus instituatur contra hoc quod per testatorem ordinatum est; quia tamen presumi debet quod testator id sensit quod illud inde fieret quod magis ad salutem anime expediret, nec institutio facta de paupere iamdicto in ecclesia barchinonensi sit ita stricte accipienda et servanda, quomodocumque, ut honor ipsius ecclesie pauperum dominarum pereat, aut precibus earum hominum, seu salute anime ipsius Johannis, ex toto debeat anteferri; nos A(rnaldus) dei gratia Episcopus et Capitulum antedictum, attendentes fore longe melius et salubrius anime dicti Johannis ut in iugi altaris sacrificio et continuis orationibus dominarum pro remedio anime ipsius domino deo preces fiant quam sit institutio, que et est, unici sufficiens pauperis antedicti; redditus predictos et possessiones, tam emptos quam emendos, de centum aureis antedictis cum omni iure suo de assensu et voluntate dominorum Poncii de alesto et P(etri) romei, manumissorum predicti Johannis, concedimus et assignamus irrevocabiliter et deputamus ad sustentationem unius sacerdotis, qui ea perpetuo continue cum hiis que adauxerint teneat, et qui assidue et singulis diebus celebret pro anima Johannis prefati in ecclesia earumdem. Quem sacerdotem, si vel domine per duos menses cessaverint aliquo tempore tenere, vel si forsitan nomen ipsius Johannis non tenerent ibidem, vel cessaret nisi ex causa licita et honesta a celebratione missarum, nos vel successores nostris quando illa contingerent vel aliqua de predictis, possimus predictos redditus et possessiones sine contradictione cuiusquam in usum elemosine et refectionem pauperis vel pauperum

revocare. Ipse autem domine semper teneantur nobis vel successoribus nostris dictum sacerdotem presentialiter ostendere quando fuerint requisite, ne dictus sacerdos ullo unquam tempore valeat deperire.

Hoc itaque dicta Agnes abbatissa et conventus predictus, suscipientes hanc liberalitatem a vobis, domino A(rnaldo) dei gratia episcopo et capitulo barchinonensi, promittimus firmiter, per nos que presentes sumus et que future sunt in venturo, vobis et successoribus vestris tenere perpetuo et continue unum sacerdotem, qui cotidie celebret in ecclesia nostra pro anima predicti Johannis. Quem sacerdotem si cessaverimus per duos menses aliquo tempore tenere, vel si forsitan nomen ipsius Johannis non teneremus ibidem, vel si ipse sacerdos cessaret nisi ex causa licita et honesta a celebratione misse, vos vel successores vestri, quando illa contingerent vel aliqua de predictis, possitis predictos redditus et possessiones sine contradictione cuiusquam in usum elemosine et refectionem pauperis vel pauperum revocare. Et nos predicte domine, teneamur semper vobis et successoribus vestris dictum sacerdotem presentialiter hostendere quandocunque [simus] aut fuerimus requisite, ne dictus sacerdos ullo tempore unquam valeat deperire.

Actum est hoc Tertio kalendas Junii anno domini millesimo cc.° Quinquagesimo sexto.

Ego A(rnaldus) Barchinonensis episcopus subscribo.— Sig ⁜ num F(errarii) de lauro barchinonensis sacriste.— Sig + num magistri Hugonis de turri decani.— Sig ⁜ num Hugonis de sprell precentoris. — Sig ⁜ num magistri R(amundi) barchinonensis canonici, qui hoc firmo sub signo communi, eo quod nimia senectute oppressus non possum firmare manu propria ut consuevi.— Sig ⁜ num [R.] de monte signo, barchinonensis canonici. — Sig + num petri de insula barchinonensis canonici.— [Sig + num] Pastoris archidiaconi de monte catheno.—Ego A. de bucho canonicus barchinonensis subscribo.— Sig ⁜ num A. de sparegaria.— Sig + num Petri de meserata barchinonensis canonici.—Ego G. de rosanis subscribo:— Sig + num ferrarii de torrente malo canonici ecclesie barchinonensis.—Signum S. scriptoris, barchinonensis canonici.—Ego ⁜ salvator, barchinonen-

sis canonicus subscribo.—Sig +num bernardi de sancto fausto (1) canonici et ebdomadarii.— Sig ⁜ num petri de arenis barchinonensis canonici.— Sig + num A. de cloquerio canonici barchinonensis et statoris domini Regis.— Sig + num Arnaldi de pax canonici barchinonensis.— Sig + num P. de Olivella barchinonensis canonici.— Sig + num Bertrandi delfini.— [Sig + num] Vilelmi de Olorda barchinonensis canonici:— Sig ⁜ num *per* (2) arberti barchinonensis canonici.— Sig + num [A] de picalcherio.

Sig ⁜ num domine Agnetis Abbatisse domus sancti Antonii. — Sig + num Ermesendis de cartiliano.— Sig + num Saurine de Querol.— Sig ⁜ num Agnetis de villafrancha.— Sig ⁜ num Agnetis de Turno.— Sig ⁜ num Dulcie de Jaca.— Sig ⁜ num Andrea.— Sig ⁜ num laurencie; monialium dicti monasterii sancti Antonii, que hoc laudamus et firmamus.

Sig ⁜ num Petri romei.— Sig + num poncii de alesto.— Sig ⁜ num petri marchi scriptoris testis.— Sig ⁜ num petri vives notarii et testis.

Sig + num marchi publici barchinonensis notarii, qui hoc scribi fecit et clausit cum litteris emendatis in prima linea et in secunda, ubi dicitur *quatuordecimo;* et in VIII ubi scribitur *dei* et apponitur *vobis;* et in IX ubi scribitur *suo;* et en XV ubi scribitur *vestris;* die et anno quo supra.

Los nombres de las religiosas, que siguen al de la abadesa, distan mucho de llenar el número de la Comunidad, que no podía bajar de 12. En tanta penuria de documentos, sólo hasta hoy conocíamos, además del nombre de la abadesa, los de Sor Clara de Asís, María de Pisa, Guillerma de Poliñá y Berenguela de Antich. Las tres últimas no llegan más acá del año 1237. En 1255, al pie del pacto, que se acaba de ver, pusieron sus firmas Ermesinda de Cartellá, Saurina de Querol, Inés de Villafranca, Inés de Torn, Dulce de Jaca y las hermanas legas Andrea y Lorenza.

---

(1) San Fost, lugar que forma ayuntamiento con el de Cabañes, distante 3 leguas de Granollers.

(2) Sic. Es el famoso jurisconsulto Pedro Albert, que vimos firmar en los diplomas episcopales (3 y 7) de los años 1237 y 1239.

Algunos de los canónigos que rubricaron esta escritura habían suscrito como testigos en el testamento del obispo D. Pedro de Centellas (23 Marzo 1252), que trae Villanueva (1); el cual refiere (2) que el obispo D. Arnaldo de Gurb «á *29 de Enero de 1256* dotó y ordenó el monasterio de religiosas de Montealegre en la parroquia de San Fausto de Cabañes, cerca de Barcelona, dándoles la regla de San Agustín y sujetándolas al ordinario.» Mantuviéronse allí sobre la cumbre del monte, dando vista al mar y á la villa de Badalona, algo más de un siglo; hasta que en 1362, «bien considerado lo expuestas que estaban en aquella soledad y más en tiempo de guerra, fueron trasladadas á Barcelona». Alguna parte cupo, sin duda, en la primera fundación, al canónigo Bernardo de *San Fausto*, que firmó la presente escritura cuatro meses después.

Del mismo año 1256, según Villanueva (3), «es una carta del Papa Inocencio IV, fecha en Génova á 29 de Septiembre del año segundo de su pontificado, dirigida á D. Jaime I de Aragón, en que le dice que procedería á resolver sobre lo que se le proponía sobre el obispo de Barcelona, siempre que hubiese acusador legítimo. Nada más dice, y nos deja en la oscuridad consiguiente por no haberse hallado otra Memoria hasta ahora que aluda á esto. La carta existe en el archivo real de esta ciudad (Barcelona).»

La oscuridad en que se vió envuelto el docto autor del *Viaje literario* provino de no haberse precavido contra el engaño latente en la copia de la bula que manejó. No estuvo en Génova el Papa en 29 de Septiembre de 1256. La bula original estaba fechada en *Genna* (no Génova) ó *Jenna*, pueblo de los Estados Pontificios, á 30 km. de Roma, en el año VI (no II) del pontificado, ó 1260 de nuestra era. Las causas de queja presentadas por el rey D. Jaime ante Alejandro IV serían probablemente relativas á negocios de Estado. Nada mejor por ahora las explica si no es el curso de la embajada que desempeñó el obispo D. Arnaldo de Gurb en 1258 «para San Luis rey de Francia sobre el matrimo-

(1) *Viaje literario*, t. XVII, páginas 254-260. Madrid, 1851.
(2) *Ibidem*, p. 218. Compárese el t. XIX, p. 8.
(3) *Ibidem*, páginas 218 y 219.

nio de su hijo D. Felipe con doña Isabel, hija del de Aragón. Firmó como procurador el tratado, reducido á que se entregaría la novia luego que cumpliese los doce años de edad, y que *el rey D. Jaime quedase obligado á procurar la dispensa del Papa.* Item que el Infante D. Felipe le daría en dote la quinta parte de lo que le cedería el Rey (San Luis), su padre, hasta que llegase á reinar, que entonces podría darle lo que quisiese.»

Me he permitido esta rectificación ó breve parada en nuestro decurso crítico para manifestar la importancia que tienen las bulas de los romanos pontífices, cuya colección ordenada y justo complemento y depuración es hoy el tema capital de la estudiosa Alemania.

41.

Anagni, 27 Junio 1256. Alejandro IV á la abadesa y comunidad del monasterio. Concede cien días de indulgencia á los fieles que visitaren su templo durante las fiestas y octavas de San Francisco de Asis, San Antonio de Padua y Santa Clara.—Archivo del mismo monasterio.—Número 478.

Alexander episcopus, servus servorum dei, Dilectis in christo filiabus.. Abbatisse et Conventui Monialium inclusarum Monasterii sancti Antonii, Barchinonen(sis), ordinis sancti Damiani, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Salutem et apostolicam benedictionem.

Licet is de cuius munere venit ut a fidelibus suis digne ac laudabiliter serviatur, de habundantia pietatis sue que merita supplicum excedit et vota, bene servientibus multo maiora retribuat quam valeant promereri, nichilominus tamen desiderantes reddere domino populum acceptabilem, fideles christi ad complacendum ei quasi quibusdam illectivis muneribus, indulgentiis videlicet et remissionibus, invitamus ut exinde reddantur divine gratie aptiores. Cupientes igitur ut Monasterium vestrum congruis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad idem Monasterium in sanctorum Francisci, Antonii, et beate Clare festivitatibus et per Octavas eorum accesserint annuatim, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et

Pauli apostolorum eius autoritate confisi Centum dies de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus.

Datum Anagnie v kalendas Julii, Pontificatus nostri Anno Secundo.

El sello, colgante de una trenza (moderna) de cáñamo, conserva restos de los hilos de seda. Al dorso: *Fratri R.*

La primera fiesta de Santa Clara que en Barcelona se celebró (12 Agosto 1256) revistió la solemnidad que esta bula indica.

42.

Anagni, 27 de Junio de 1256. Alejandro IV á la abadesa y comunidad del monasterio. Que no estén obligadas á satisfacer prestaciones procuratorias de los delegados apostólicos, si estos no fueren cardenales.—Número 481.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis in christo filiabus.. Abbatisse et Conventui Monialium inclusarum Monasterii sancti Antonii, Barchinonen(sis), ordinis sancti Damiani, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Salutem et apostolicam benedictionem.

Paupertati vestre, quam voluntarie propter deum sustinetis, ac quieti paterna in posterum sollicitudine precavere volentes auctoritate vobis presentium indulgemus ut vos ad prestationem procurationum legatorum sedis apostolice, nisi fuerint Cardinales, vel nuntiorum ipsius aut exactionum vel collectarum seu subsidiorum quorumcumque minime teneamini, nec ad ea solvenda per litteras dicte sedis legatorum, Rectorum vel nuntiorum eiusdem, cuiuscumque tenoris existant aut cuiuscumque auctoritatis compelli in perpetuum valeatis. Nos enim decernimus irritas et inanes interdicti suspensionis et excommunicationis sententias, siquas propter hoc in vos vel in vestrum aliquas aut Monasterium vestrum in posterum contigerit promulgari.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem

omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursursum.

Datum Anagnie v kalendas Julii, Pontificatus nostri Anno Secundo.

Cuelga el sello de hilos de seda encarnados y amarillos. Al dorso: *Fratri R.*

43.

Anagni, 27 Junio 1256. Alejandro IV á la abadesa y comunidad del monasterio. Que no pueden ser apremiadas por letras apostólicas, sino por orden expreso del Papa y haciendo mención del privilegio presente.—Número 479.

Alexander episcopus, servus servorum dei, Dilectis in christo filiabus.. Abbatisse et Conventui Monialium inclusarum sancti Antonii, Barchinonen(sis), ordinis sancti Damiani ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Salutem et apostolicam benedictionem.

Vacantibus amori celestium et contemptui terrenorum in hiis benigni libenter occurrimus per que ab hominum liberati calumpniis et quieta contemplatione proficiant et vite bravium cursu libero apprehendant.

Eapropter, dilecte in domino filie, ut innocens vestre paupertatis humilitas per nostre provisionis auxilium tranquille devotionis consequatur augmentum, vobis auctoritate presentium indulgemus ut conveniri a quoquam per litteras apostolicas non possitis nec aliquis contra vos auctoritate procedere valeat earundem nisi de ordine vestro et hac indulgentia fecerint mentionem.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpscrit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Anagnie, v kalendas Julii, Pontificatus nostri Anno Secundo.

El sello de plomo cuelga de hilos de seda encarnados y amarillos. Al dorso: *Fratri R.*

44.

Anagni, 11 de Julio de 1256. Alejandro IV á la abadesa y comunidad del monasterio. Confirma por autoridad apostólica la mitigación que, siendo cardenal obispo de Ostia, había hecho de la regla de Santa Clara.—Número 484.

Alexander episcopus, servus servorum dei, Dilectis in christo filiabus.. Abbatisse et Conventui Monialium inclusarum Monasterii sancti Antonii, Barchinonen(sis), ordinis sancti Damiani, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Salutem et apostolicam benedictionem.

Haberi percepimus in desiderio vestro continuum quod per afflictionem carnis assiduam mereamini premia beatorum. Verumtamen ex fragilitate nature adeo spiritus retunditur quod vix absque incursu discriminis in omnibus rigorem formule vite vestre perpeti valeatis. Huiusmodi siquidem fragilitatem paterno considerantes affectu, in minori officio constituti (1) rigorem ipsius formule in articulis certis pie ac provide duximus temperandum, prout in patentibus litteris nostris confectis exinde plenius continetur. Nos igitur quia pium esse dinoscitur ut ex provisione sedis apostolice a vobis iugum domini cum suavitate feratur, vestris supplicationibus inclinati, hoc quod a nobis factum est ratum habemus et gratum id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et sanctorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Anagnie, v kalendas Julii, Pontificatus nostri Anno Secundo.

El sello de plomo cuelga de hilos de seda encarnados y amarillos. Al dorso: *Fratri R.*

---

(1) Fué cardenal-obispo de Ostia durante los años 1231-1254.

45.

Anagni, 13 Julio 1256. Alejandro IV á la abadesa y comunidad del Monasterio, confirmándoles las posesiones y bienes de las monjas profesas, excepción hecha de los feudales.—Número 482.

Alexander episcopus, servus servorum dei, Dilectis in christo filiabus.. Abbatisse et Conventui Monasterii sancti Antonii, Barchinonen(sis) diocesis, ordinis sancti Damiani, Salutem et apostolicam benedictionem.

Devotionis vestre precibus inclinati, ut universa bona mobilia et immobilia, que personas, ad vestrum Monasterium convolantes et professionem facientes in eo, successionis vel alio iusto titulo, si remansissent in seculo, contigissent, bonis feudalibus dumtaxat exceptis, petere exigere ac retinere libere valeatis auctoritate vobis presentium indulgemus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Anagnie III Idus Julii, Pontificatus nostri Anno Secundo.

Cuelga el sello de hilos de seda encarnada y amarilla. Al dorso: *Fratri R.*

46.

Anagni, 15 Julio 1256. Alejandro IV al Ministro provincial de Aragón y á su vicario, al Custodio y al Guardián de Barcelona. Que uno de los cuatro, siempre que ocurra en el monasterio un ingreso de conversa ó un sepelio, asista para celebrar misa y predicar acompañado de otros religiosos, si así lo requiriese la Abadesa.—Número 480.

Alexander episcopus, servus servorum dei, Dilectis filiis.. Ministro Aragonen(si), et.. eius Vicario, .. Custodi, et.. Guardiano Barchinonen(sibus), ordinis fratrum Minorum, Salutem et apostolicam benedictionem.

Dilectarum in christo filiarum.. Abbatisse et Conventus sancti Antonii, Barchinonen(sis), ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Damiani supplicationibus inclinati, per apostolica vobis scripta firmiter precipiendo mandamus quatinus quotiens in eodem Monasterio aliquem vel aliquam ad conversionem vel sepulturam canonice recipi contigerit, de quorum conversione vel sepultura hedificatio sit in populo et in clero et utilitas Monasterii appareat manifesta, alter vestrum associatis vobis aliquibus fratribus pro celebranda missa et predicatione ad ipsum Monasterium accedatis si ab Abbatissa fueritis requisiti.

Datum Anagnie, Idus Julii Pontificatus nostri Anno Secundo.

Del cordón de cáñamo cuelga el sello de plomo. Al dorso: *Fratri R.*

47.

Anagni, 15 Julio de 1256. Alejandro IV á D. Benito de Rocaberti, arzobispo de Tarragona. Que ampare á las monjas del monasterio contra los que las molestaban en la posesión de sus bienes, valiéndose de censuras inapelables.—Número 483.

Alexander episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri.. Archiepiscopo Terraconen(si) Salutem et apostolicam benedictionem.

Quia nonnulli sic in malitia delectantur ut, voluntatis libito, abstinentie ruptis habenis, relaxato, religiosas personas super bonis suis, dei timore postposito, multipliciter molestare presumant, consuevit apostolica sedes personis ipsis contra pravitatem talium defensionis remedio misericorditer subvenire per quod earum bona iura remaneant, molestatorum ipsorum compescatur temeritas et aliis aditus committendi similia precludatur. Cum itaque dilecte in christo filie.. Abbatissa et Conventus Monasterii sancti Antonii, Barchinonen(sis), ordinis sancti Damiani, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, prout nobis sua petitione monstrarunt, a nonnullis qui nomen domini in vacuum recipere non formidant molestias multiplices patiantur, Fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus eis auctoritate nostra presidio defensionis assistens non permittas eas a talibus

contra tenorem privilegiorum et indulgentiarum apostolice sedis aliquatenus molestari, Molestatores huiusmodi per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita compescendo.

Datum Anagnie, Idus Julii, Pontificatus nostri Anno Secundo.

El sello cuelga de un cordón de cáñamo. Al dorso: *Fratri R.*

48.

Anagni, 21 Julio 1256. Alejandro IV á D. Pedro de Castellnou obispo de Gerona. Que compela á Geralda viuda del noble Guillén de Farrán á entrar en el Monasterio y cederle sus bienes.—Número 500.

Alexander episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri.. Episcopo Gerundensi Salutem et Apostolicum benedictionem.

Ex parte dilectarum in christo filiarum.. Abbatisse et Conventus Monasterii sancti Antonii, Barchinonen(sis), ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinensis, fuit propositum coram nobis quod Giralda uxor quondam Guillelmi de ferran (1) militis vidua, Barchinonen(sis) diocesis, votum emisit de voluntate ac consensu ipsius militis, votum simile emittentis, quod infra certum terminum eadem intraret Monasterium et assumeret ibidem habitum regularem, de omnibus bonis suis eidem Monasterio donationem faciens inter vivos et super hoc iuramenti vinculo se astringens, confectis exinde publicis instrumentis. Sed predicta mulier, fame proprie immemor et salutis, et venire contra votum et iuramentum huiusmodi non formidans, quamquam predictus terminus sit elapsus, prefatum Monasterium intrare non curat et prefata bona detinere presumit in anime sue periculum, plurimorum scandalum et ipsarum Abbatisse et Conventus ac dicti Monasterii preiudicium et gravamen.

Nolentes igitur huiusmodi dicte mulieris presumptionem noxiam tolerare, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus, si est ita, mulierem eandem ut ad Monasterium ipsum accedens ibidem habitum religionis assumat et eidem bona sua

(1) Lugar y castillo, distante dos leguas de Cervera en la provincia de Lérida.

omnia conferat ut tenetur, monitione premissa per censuram ecclesiasticam, appellatione remota compellas.

Datum Anagnie XII kalendas Augusti Pontificatus nostri Anno Secundo.

Cuelga del cordón de cáñamo el sello de plomo. Al dorso: *Bonaspes de Asisio. Sancti Damiani.*

Con esta bula se relaciona el suceso historiado por Fr. Damián Cornejo (1): «Pocos años después (del 1246) *Berengario Ferrer*, cavallero rico y soltero, desengañado de las vanidades del mundo, dexó las galas y desvaneos, y vistió el humilde hábito de penitencia de la Tercera Orden de San Francisco, y hizo donación de sus possessiones y bienes á este Convento, prometiendo todo el tiempo de su vida obediencia particular á Sor Inés de Pranda abadessa y á sus sucessoras en la prelacía.»

La fuente del relato, que desfiguró el P. Cornejo, es la relación del P. Fr. Antonio Domenech (2): «Y ansí aconteció por esso que *Berenguel Ferran*, desseando servir á Dios nuestro Señor, y ocuparse en buenas obras, y viendo la comodidad que avia para ello en el dicho monasterio dio á sí mismo y todos sus bienes para el servicio dél, prometiendo vivir en regular observancia con hábito de Donado de la mesma Orden, y en obediencia de la sierva de Dios sor Inés, y de las otras Abadessas, sus successoras.»

¿Sería ese Berenguer el mismo Guillermo de Ferrán que describe Alejandro IV? El estado de *soltero* que le achaca el P. Cornejo, parece tan hijo de la fértil imaginación de este autor, como el cambio de nombre. El redactor de esta bula pudo equivocarse á su vez, como el de otra **(50)** que escribió *Antonini* en lugar de *Antonii*. Lo cierto es que al monasterio no faltaban entonces semejantes donados; los cuales entregándose con sus bienes al monasterio hacían voto de obediencia á Sor Inés de Peranda. Véanse las bulas **22** y **28**.

---

(2) *Crónica seráfica*, parte II, p. 55. Madrid, 1684.

(1) *Historia general de los Santos y Varones ilustres en santidad del Principado de Cataluña*, folio 68 recto. Barcelona, 1602.

49.

Letrán, 13 de Febrero de 1257. Alejandro IV á la abadesa y comunidad del Monasterio. Concédeles que al alzar de la Hostia puedan para verla descorrer el velo de la reja de clausura, y acercarse en su tiempo á la misma reja para ver á sus parientes y á los amigos de la Orden.—Número 506.

Alexander episcopus, servus servorum dei, Dilectis in christo filiabus.. Abbatisse et Conventui Monialium inclusarum Monasterii sancti Antonii, Barchinonen(sis), ordinis sancti Damiani, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Salutem et apostolicam benedictionem.

Religionis vestre meretur honestas et devotionis vestre merita nos inducunt ut vos specialis favoris gratia prosequentes, que digne deposcitis favorabiliter admittamus. Vestris igitur devotis precibus grato concurrentes assensu ut in misarum celebratione in elevatione corporis dominici ad videndum illud, pannum a Crate ferrea removere possitis, et ad videndum amicos ordinis et parentes Monialium ad Cratem ipsam personaliter accessuros auctoritate vobis presentium concedimus facultatem.

Datum Laterani Idus Februarii, Pontificatus nostri. Anno Tertio.

Cuelga del cordón de cáñamo el sello de plomo. Al dorso: *Fratri R.*

50.

Letrán, 15 Febrero 1257. Alejandro IV á la abadesa y comunidad del monasterio. Que puedan sus familiares gozar del privilegio en el entredicho.—Número 474.

Alexander episcopus, servus servorum dei, Dilectis in christo filiabus.. Abbatisse et Conventui Monialium inclusarum monasterii sancti Antonini (1), Barchinonen(sis), ordinis sancti Da-

(1) Sic.

miani, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Salutem et apostolicam benedictionem.

Ut eo libentius divinis vacetis obsequiis quo in hiis maiorem sedis apostolice gratiam fueritis assecute, devotionis vestre precibus inclinati auctoritate vobis presentium indulgemus ut cum generale interdictum terre fuerit, liceat familiaribus vestris in monasterio vestro ianuis clausis, non pulsatis campanis, interdictis et excommunicatis exclusis, audire divina et ecclesiastica recipere sacramenta, dummodo predicti familiares causam non dederint interdicto et id eis non contingat specialiter interdici.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concesionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hec attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Laterani xv kalendas Martii, Pontificatus nostri Anno Tertio.

Cuelga el sello de hilos de seda encarnados y amarillos. Al dorso: *pro(vinciali) Aragonie.*

51.

Letrán, 20 Febrero 1257. Alejandro IV á la abadesa y comunidad del monasterio, amparando los legados y otras donaciones hechas al mismo.—Número 464.

Alexander episcopus, servus servorum dei, Dilectis in christo filiabus.. Abbatisse et Conventui Monialium Sancti Antonii, ordinis Sancti Damiani, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Salutem et apostolicam benedictionem.

Justis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum et vota que a rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. Eapropter, dilecte in domino filie, vestris supplicationibus inclinati, auctoritate presentium districtius inhibemus nequis de legatis, oblationibus seu aliis quibuscumque elemosinis vobis pia fidelium devotione oblatis aliquid a vobis exigere vel extorquere presumat.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre inhi-

bitionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Laterani x kalendas Martii, Pontificatus nostri Anno Tertio.

El sello de plomo, colgante de trenza (moderna) de cáñamo, conserva parte de los hilos de seda.

52

Letrán, 20 de Marzo de 1257. Alejandro IV á todos los que contribuyeren con sus limosnas á la perfección de la suntuosa obra del monasterio concede cien días de indulgencia.—Número 496.

Alexander episcopus, servus servorum dei, Universis christi fidelibus, presentes litteras inspecturis, Salutem et apostolicam benedictionem.

Quoniam, ut ait apostolus, omnes stabimus ante tribunal christi, recepturi prout in corpore gessimus, sive bonum fuerit sive malum, oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus prevenire ac eternorum intuitu seminare in terris quod reddente domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes quoniam qui parce seminat parce et metet et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet vitam eternam.

Cum igitur, sicut accepimus, dilecte in christo filie.. Abbatissa et Conventus Monasterii sancti Antonii, Barchinonen(sis), ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Monasterium ipsum *edificare ceperint opere sumptuoso*, sintque *ad consumationem ipsius operis* fidelium subsidia oportuna, universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur in domino, in remissionem peccaminum iniungentes quatinus de bonis, a deo collatis vobis, pias elemosinas et grata eis ad hoc caritatis subsidia erogetis ut per subventionem vestram opus huiusmodi valeant consumare, et vos per hec et alia bona, que domino inspirante feceritis ad eterna possitis felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de omnipo-

tentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus vere penitentibus et confessis, qui eis ad hoc manum porrexerint adiutricem, Centum dies de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus, Presentibus post Septennium minime valituris, quas mitti per questuarios districtius inhibemus, eas si secus actum fuerit carere viribus decernentes.

Datum Laterani XIII kalendas Aprilis, Pontificatus nostri Anno Tertio.

El sello, colgante de moderna trencilla de cáñamo, conserva parte de sus hilos de seda encarnados y amarillos. Al dorso: «*R. p. Barchn*».

Esta página pontificia y la **31** del año 1255 interesan á la historia de las Bellas Artes. El claustro de Santa Clara de Barcelona era, como el de Santa Catalina, joya preciadísima de la arquitectura ojival en su mayor pureza. Un gran cuadro, que lo representa á vista de pájaro, pintado pocos años antes que se derribase tan hermosa estructura, se conserva por dicha dentro del actual monasterio para perpetuar su memoria.

53.

Viterbo, 26 Junio 1258. Alejandro IV á todos los fieles que dieren limosna al Monasterio concede cien días de indulgencia.—Número 507.

Alexander episcopus, servus servorum dei, Universis christi fidelibus presentes litteras inspecturis, Salutem et apostolicam benedictionem.

Quoniam, ut ait apostolus, omnes stabimus ante tribunal christi, recepturi prout in corpore gessimus sive bonum fuerit sive malum, oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus prevenire ac eternorum intuitu seminare in terris quod reddente domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes quoniam qui parce seminat parce et metet, et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet vitam eternam.

Quoniam igitur, dilecte in christo filie.. Abbatissa et Conven-

tus Monialium inclusarum Monasterii sancti Antonii extra Muros, Barchinonen(sis), ordinis sancti Damiani, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, subventionis vestre indigeant relevari remediis, que iugo non modice paupertatis premuntur, Universitatem vestram rogamus monemus et hortamur in domino in remissionem vobis peccaminum iniungentes quatinus de bonis, vobis a deo collatis, pias elemosinas et grata eis caritatis subsidia erogetis ut per subventionem vestram earum inopie consulatur et vos per hec et alia bona que domino inspirante feceritis ad eterne possitis felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus vere penitentibus et confessis, qui eis manum porrexerint caritatis, Centum dies de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus, Presentibns post Quinquennium minime valituris quas mitti per questuarios districtius inhibemus, eas si secus actum fuerit carere viribus decernentes.

Datum Viterbii, VI kalendas Julii, Pontificatus nostri Anno Quarto.

Del sello de plomo, colgante de moderna trencilla de cáñamo, se destacan hilos de seda encarnados y amarillos.

54.

Viterbo 9 de Julio de 1258. Alejandro IV á la abadesa y comunidad del Monasterio, concediéndoles exención de diezmos de sus tierras, ganados y frutos.—Número 465.

Alexander episcopus, servus servorum dei, Dilectis in christo filiabus.. Abbatisse et Conventui Monasterii sancti Antonii extra muros, Barchinonen(sis), ordinis sancti Damiani, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Salutem et apostolicam benedictionem.

Pietatis opera, cuius observantia vos pro christi gloria deputastis, adeo vobis apostolice sedis gratiam promerentur ut ea, que cum deo et honestate possumus, vobis favore benivolo concedamus. Eapropter, dilecte in christo filie, vestris iustis precibus in-

clinati ut de terris vineis ortis et aliis possessionibus vestris, quas propriis sumptibus excoli feceritis aut aliquibus concesseritis excolendas necnon de molendinis et vestrorum animalium nutrimentis nulli decimas solvere teneamini nec aliquis ad id vos coartare valeat auctoritate vobis presentium indulgemus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Viterbii, VII Idus Julii, Pontificatus nostri Anno Quarto.

El sello cuelga de hilos de seda encarnados y amarillos.

55.

Viterbo, 10 de Julio de 1258. Alejandro IV á la abadesa y comunidad del monasterio. Concede cien días de indulgencia á los que visitaren el monasterio en las festividades de Nuestra Señora, de los Santos Francisco de Asis y Antonio de Padua, y de Santa Clara, así como en los días de sus respectivas octavas.—Número 516.

Alexander episcopus, servus servorum dei, Dilectis in christo filiabus.. Abbatisse et Conventui Monasterii sancti Antonii extra Muros, Barchinonen(sis), ordinis sancti Damiani, ad Romanam sedem nullo medio pertinentis, Salutem et apostolicam benedictionem.

Sanctorum meritis inclita gaudia (1) fideles christi assequi minime dubitamus qui eorum patrocinia per condigne devotionis obsequia promerentur illumque venerantur in ipsis quorum ipse est gloria et retributio premiorum. Nos igitur ad consequenda predicta gaudia causam dare fidelibus populis cupientes, omnibus christi fidelibus vere penitentibus et confessis, qui ecclesiam vestram in cunctis festivitatibus beate et gloriose virginis Marie matris christi, sanctorum Francisci et Antonii Confessorum sancteque Clare virginis et per Octo dies sequentes cum devotione ac reverentia visitaverint annuatim, de omnipotentis dei misericordia

(1) Primer verso del himno vespertino en el rezo común de los Mártires.

et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, Centum dies de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus.

Datum Viterbii, VI Idus Julii Pontificatus nostri Anno Quarto.

El sello cuelga de hilos de seda encarnados y amarillos.

56.

Viterbo, 10 de Julio de 1258. Alejandro IV á la abadesa y comunidad del Monasterio, eximiéndolas de toda prestación y tributo á los Legados apostólicos, si no se hiciere mención expresa de ellas para dicha carga. —Número 513.

Alexander episcopus, servus servorum Dei, Dilectis in christo filiabus.. Abbatisse et Conventui Monasterii sancti Antonii extra Muros, Barchinonen(sis), ordinis sancti Damiani, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Salutem et apostolicam benedictionem.

Paupertati vestre, quam propter deum voluntarie sustinetis, ac quieti paterna in posterum sollicitudine providere volentes, auctoritate vobis presentium indulgemus ut vos ad prestationem procurationum legatorum sedis apostolice vel nuntiorum ipsius aut exactionum vel collectarum seu subsidiorum quorumcumque minime teneamini, nec ad ea solvenda per litteras dicte sedis legatorum vel nuntiorum eiusdem, cuiuscumque tenoris existant aut cuiuscumque auctoritate compelli aliquatenus valeatis nisi dicte littere apostolice de hac indulgentia specialem et expressam fecerint mentionem. Nos enim decernimus irritas et inanes interdicti, suspensionis et excommunicationis sententias, siquas propter hoc in vos vel in vestrum aliquas aut Monasterium vestrum imposterum contigerit promulgari.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis et constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Viterbii, VI Idus Julii, Pontificatus nostri Anno Quarto.

El sello cuelga de hilos de seda encarnados y amarillos.

57.

Viterbo, 10 de Julio de 1258. Alejandro IV al prior de Santa Eulalia del Campo, al deán y al tesorero de la catedral facultándoles para entender sin estrépito judicial en restringir por medio de censuras á los injustos detentores de los bienes del monasterio.—Número 501.

Alexander episcopus, servus servorum dei, Dilectis filiis.. priori sancte (E)ulalie de Campo.. Decano et.. Sacriste Barchinonen(sibus), Salutem et apostolicam benedictionem (1).

Ex parte dilectarum in christo filiarum.. Abbatisse et Conventus Monasterii sancti Antonii extra Muros, Barchinonen(sis), ordinis sancti Damiani ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, fuit nobis humiliter supplicatum ut cum sepe contingant detineri possesiones et alia bona que devolvi debent ex personis sororum eiusdem loci ratione successionis vel dotis sive legati aut elemosine seu ex aliis causis ad Monasterium memoratum, ac grave sit eis ad nos pro singulis querelis habere recursum ac coram diversis iudicibus experiri, ipsis super hoc dignaremur misericorditer providere. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus quotiens a dicta Abbatissa en Conventu fueritis requisiti, de hiis veritate cognita sine strepitu iudicii ipsis restitui faciatis bona ipsa a detentoribus eorumdem, Contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Testes vero qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, per censuram eandem appelatione cessante cogatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur.

Datum Viterbii, VI Idus Julii, Pontificatus nostri Anno Quarto.

Cuelga del cordón de cáñamo el sello de plomo.

---

(1) Dos años antes era deán de la catedral D. Hugo Satorra, y tesorero D. Ferrer Dezlor, según hemos visto en el número 40.

58.

Viterbo, 10 de Julio de 1258. Alejandro IV á la abadesa y comunidad del Monasterio, amparando la posesión de los bienes emergentes de la profesión de las monjas.—Número 511.

Alexander episcopus servus servorum dei, Dilectis in christo filiabus.. Abbatisse et Conventui Monasterii sancti Antonii extra muros, Barchinonen(sis), ordinis sancti Damiani, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Salutem et apostolicam benedictionem.

Devotionis vestre precibus inclinati auctoritate vobis presentium indulgemus ut possessiones et alia bona mobilia et inmobilia, que liberas personas sororum vestrarum, mundi relicta vanitate, ad vestrum Monasterium convolantium et professionem in eodem, iure successionis vel alio iusto titulo si remansissent in seculo contigissent et libere potuissent aliis erogare, exceptis rebus feudalibus, exigere recipere ac retinere libere valeatis.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presnmpserit indignatione omnipotentis dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Viterbii, VI Idus Julii, Pontificatus nostri Anno Quarto.

El sello cuelga de hilos de seda encarnados y amarillos.

59.

Viterbo, 10 de Julio de 1258. Alejandro IV á la abadesa y comunidad del monasterio, eximiéndolas de toda contribución diocesana ú otra cualquiera en la recepción de pías mandas hechas al mismo.—Número 512.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis in christo filiabus.. Abbatisse et Conventui Monasterii sancti Antonii extra Muros, Barchinonen(sis), ordinis sancti Damiani, ad Romanam

ecclesiam nullo medio pertinentis, Salutem et apostolicam benedictionem.

Quanto studiosius divine contemplationi vacatis domino famulando, tanto vite vestre libentius providemus. Hinc est quod cum Monasterium vestrum sincera diligamus in domino caritate, devotionis vestre precibus inclinati, auctoritate vobis presentium indulgemus ut de quibuscumque bonis, vobis vel Monasterio vestro a christi fidelibus in vita vel in ultima voluntate legatis vel legandis in posterum, nulli usque ad nostrum beneplacitum teneamini solvere aliquid pretextu cuiuslibet iuris diocesani aut consuetudinis seu alicuius canonice portionis.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Viterbii VI Idus Julii, Pontificatus nostri Anno Quarto.

El sello cuelga de hilos de seda encarnados y amarillos.

60.

Viterbo, 15 de Julio de 1258. A la abadesa y comunidad del monasterio. Que no puedan ser apremiadas por letras apostólicas, si estas no hicieren mención de este privilegio.—Número 521.

Alexander episcopus, servus servorum dei, Dilectis in christo filiabus.. Abbatisse et conventui sancti Antonii extra Muros, Barchinonen(sis), ordinis sancti Damiani, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Salutem et apostolicam benedictionem.

Celestia querentibus, terrenis contemptui derelictis, libenter illud speciale presidium favoris impendimus quod ad pacis et quietis perducere gratiam sentiamus. Eapropter, dilecte in christo filie, presentium vobis auctoritate concedimus ut a quoquam convenire per litteras apostolice sedis, vel legatorum aut delegatorum eius non possitis nisi eedem littere ipsius sedis de hac indulgentia et ordine vestro specialem et expressam fecerint mentionem, et sententias omnes excommunicationis, suspensionis et interdicti, siquas in vos vel aliquam vestrum communiter vel divisim

per quoscumque contra huiusmodi concessionem nostram contigerit promulgari, decernimus irritas et inanes.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Viterbii, Idus Julii, Pontificatus nostri Anno Quarto.

El sello, colgante de moderna trenza de cáñamo, conserva parte de sus hilos de seda encarnados y amarillos.

61.

Viterbo, 25 de Julio de 1258. Alejandro IV á la abadesa y comunidad del Monasterio. Que en él puedan entrar por causa de devoción cuantas veces quisieren *el rey D. Jaime el Conquistador y sus hijas.*—Número 525.

Alexander episcopus, servus servorum dei, Dilectis in christo filiabus.. Abbatisse et Conventui Monasterii sancti Antonii extra Muros, Barchinonen(sis), ordinis sancti Damiani, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Salutem et apostolicam benedictionem.

Devotionis vestre precibus benignum impertientes assensum ut Carissimo in christo filio nostro.. Illustri Regi Aragonum et filiabus eius quotiens eis placuerit et vobis visum fuerit expedire, Monasterium vestrum causa devotionis et pietatis amore ingredi liceat ipsis, auctoritate presentium duximus concedendum, statuto contrario vestri ordinis seu aliqua sedis apostolice indulgentia non obstante.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Viterbii, VIII kalendas Augusti, Pontificatus nostri Anno Quarto.

Cuelga el sello de hilos de seda.

Por el testamento (1) que hizo en Huesca á 12 de Octubre de 1251 la reina doña Violante de Aragón, consta la serie de sus hijas, únicas legítimas que se sabe haber tenido D. Jaime I. Este á su vez, en su testamento (2) fechado en el primer día del año 1242, sólo nombra á las infantas doña Violante, desposada ya con Alfonso *el Sabio*, príncipe heredero de Castilla, y á doña Constancia que casó más tarde con el infante D. Manuel, último de los hijos de San Fernando. A estas dos infantas se refiere la bula **(6)** de Gregorio IX, despachada en 5 de Julio de 1240; documento precioso, porque de él aparece que entonces era ya nacida doña Constancia. De las tres infantas restantes que nombra la reina doña Violante en su testamento, conviene á saber: Sancha, que peregrinó á Jerusalén; María, que entró en religión, é Isabel, que llegó á ser reina de Francia, consta por cierto que estaban al lado del rey su padre cuando á ruegos de Sor Isabel de Peranda se libró en favor de él y de ellas la presente bula (25 Julio 1258).

62.

Viterbo, 27 Julio 1258. Alejandro IV á la abadesa Inés elogiando sus virtudes y mandándole que no renuncie su cargo.—Número 526.

Alexander episcopus, servus servorum dei, Dilecte in christo filie Agneti Abbatisse Monasterii sancti Antonii extra Muros, Barchinonen(sis), ordinis sancti Damiani, Salutem et apostolicam benedictionem.

Ad ea per que patria celestis acquiritur et salus provenit animarum tanto libentius te inducimus quanto studiosius vacare te credimus operibus caritatis. Sane, sicut dilecte in christo filie, Conventus tui Monasterii, sua nobis insinuatione monstrarunt, tu divina gratia faciente in ipsius Monasterii negotiis promovendis semper fuisti tam in spiritualibus quam in temporalibus studiosa; sed nunc alio ducta spiritu, ipso contradicente Conventu, tue

(1) Tourtoulon, *Don Jaime el Conquistador*, tomo II (2.ª edición). Valencia, 1874.
(2) Villanueva, *Viaje literario*, tomo XVII, páginas 333-337. Madrid, 1851.

administrationis et Abbatie officium toto posse niteris resignare. Cum itaque te in conspectu regis eterni cupiamus per huiusmodi officia complacere, devotionem tuam rogamus monemus et hortamur attente per apostolica tibi scripta in virtute obedientie districte precipiendo mandantes quatinus ob reverentiam apostolice sedis et nostram dictum Monasterium, sicut hactenus, sic deinceps in prospero statu conserves et tractes animo indefesso, ita quod tibi exinde retributio perempnis vite proveniat et a nobis condigna gratiarum actio compensetur.

Datum Viterbii, VI kalendas Augusti, Pontificatus nostri Anno Quarto.

Del cordón de cáñamo cuelga el sello de plomo. Al dorso: «Estos plumeritos de seda azul (uno á cada esquina) los hemos puesto las Archiveras (1) en este año de 1892, para distinguir este pergamino de los demás del Archivo».

Si algún día, que esperamos no tardará, se promueve la causa de beatificación de Sor Inés ante la Sede Apostólica, esta bula de Alejandro IV habrá de constar entre los principales documentos comprobativos. Oigamos al P. Domenech (2): «Puesta la vela de su grande virtud sobre el *brandón* (3) del govierno, fue tan grande el cuydado que tuvo del (monasterio) y de sus hijas, y de toda aquella santa casa, en lo espiritual y temporal, como nos lo atestigua el Summo Pontífice Alexandro Quarto en una bulla plumbea, cuya data es en Viterbo á veynte y siete dias de Julio del año del Señor mil dozientos cincuenta y ocho, y en el Quarto de su Pontificado; donde entre otras cosas dize que ayudada de la gracia del Señor siempre avia sido diligente en las cosas de aquel convento, assi en las tocantes al bien espiritual como al temporal, segun estava informado de las mesmas Monjas dél; y ansi *la ruega y manda* (palabras formales del mesmo breve) *en virtud de santa obediencia* no dexe el cargo de Perlada, y aguarde de Dios el premio de sus trabajos. La dicha bulla he visto y la hallarán los que gustaren verla en el Archivo del mesmo monasterio».

---

(1) Doña Plácida Genescá y doña Asunción Torrent.

(2) *Historia general de los Santos de Cataluña*, fol. 68 recto.

(3) *Blandón* ó mechero.

En 3 de Octubre de 1260 hizo Alejandro IV la solemne translación del cuerpo de Santa Clara. Murió en Viterbo á 25 de Mayo de 1261.

63.

Viterbo, 23 Octubre, 1261. Urbano IV á la abadesa y comunidad del monasterio, confirmándoles todas sus posesiones y privilegios.—Número 549.

Urbanus episcopus, servus servorum dei, Dilectis in christo filiabus.. Abbatisse et Conventui Monasterii sancti Antonii, Barchinonen(sis), ordinis sancti Damiani, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Salutem et apostolicam benedictionem.

Solet annuere sedes apostolica piis votis, et honestis petentium precibus favorem benivolum impertiri. Eapropter, Dilecte in christo filie, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis Pontificibus, sive per privilegia sive alias indulgentias monasterio vestro seu vobis specialiter concessas, necnon libertates et exemptiones secularium exemptionum a Regibus et principibus et aliis christi fidelibus rationabiliter vobis indultas sicut eas iuste et pacifique obtinetis, vobis et per vos eidem Monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Viterbii, x kalendas Novembris, Pontificatus nostri Anno Primo.

El sello de plomo cuelga de hilos de seda encarnados y amarillos. Al dorso: *Giso, ord(inis) sancti Damiani.*

64.

Viterbo, 26 Octubre, 1261. Urbano IV al rey D. Jaime, *el Conquistador*, rogándole tome bajo su amparo el monasterio.—Número 551.

Urbanus episcopus, servus servorum dei, Carissimo in filio.. Illustri Regi Aragonum Salutem et apostolicam benedictionem.

In amore virtutum et illarum operibus decet celsitudinem Regiam haberi continue studiosam, presertim cum proventurum creditur quod exinde benedictionis divine premium et laudis humane preconium acquiratur. Cum itaque, fili carissime, sit virtutis opus ecclesiasticas et religiosas personas benigno favore prosequi et easdem pro Regis eterni gloria venerari, Serenitatem tuam affectione paterna rogamus et hortamur in domino quatinus pro divina et nostra reverentia dilectas in christo filias.. Abbatissam et Conventum Monialium inclusarum Monasterii sancti Antonii, Barchinonen(sis), ordinis sancti Damiani, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, quibus hactenus in oportunitatibus grata benignitatis et caritatis subsidia erogasti, te reddas affectu benivolum et operibus gratiosum, ita quod sibi exinde peremnis vite premium et a nobis condigna proveniat actio gratiarum.

Datum Viterbii, VII kalendas Novembris Pontificatus nostri Anno Primo.

Del cordón de cáñamo cuelga el sello de plomo. Al dorso: *Libera nos a malo, ordinis sancti Damiani.*

65.

Viterbo, 17 Noviembre, 1261. Urbano IV al Infante D. Pedro, heredero de la Corona, recomendándole el monasterio.—Número 552.

Urbanus episcopus, servus servorum dei Dilecto filio Nobili viro Petro Infanti, filio Carissimi in christo filii nostri.. Illustris Regis Aragonum, Salutem et apostolicam benedictionem.

Divine gratia maiestatis acquiritur si ecclesiasticis et religiosis

personis pro ipsius reverentia condignus honor impenditur et favor necessarius liberaliter exhibetur. Ad hec igitur te libenter hortantes Nobilitatem tuam rogandam duximus et monendam quatinus dilectas in christo filias.. Abbatissam et Conventum Monialium inclusarum Monasterii sancti Antonii, Barchinonen-(sis), ordinis sancti Damiani, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, habens pro divina et nostra reverentia specialiter commendatas, eisdem te reddas affectu benivolum et opere gratiosum, ita quod a nobis tue sinceritati exinde digna gratiarum actio et tandem a dei clementia perempnis vite premium compensentur.

Datum Viterbii, xv kalendas Decembris, Pontificatus nostri Anno Primo.

Del cordón de cáñamo cuelga el sello de plomo. Al dorso: *Libera nos a malo; ordinis sancti Damiani.*

66.

Viterbo, 16 de Enero de 1262. Urbano IV á D. Arnaldo de Gurb obispo de Barcelona, ordenándole que en la cerca de veinte pasos del monasterio no permita sin justa causa edificar otra casa religiosa ni templo, ni capilla.—Número 556.

Urbanus episcopus, servus servorum dei, Venerabili fratri.. Episcopo Barchinonen(si) Salutem et apostolicam benedictionem.

Paci et tranquillitati dilectarum in christo filiarum.. Abbatisse et Conventus Monialium inclusarum Monasterii sancti Antonii, Barchinonen(sis), ordinis sancti Damiani, providere volentes Fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus circa dictum Monasterium undique ad viginti passus, alicuius ordinis Monasterium seu Religiosam domum aut Ecclesiam secularem vel Oratorium seu Capellam sine rationabili causa erigi de novo non permittas, Contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione posposita compescendo.

Datum Viterbii xvii kalendas februarii Pontificatus nostri Anno Primo.

Del cordón de cáñamo cuelga el sello de plomo. Al dorso: *Sanctus Damianus.*

Trataba entonces el obispo D. Arnaldo de Gurb de trasladar á Barcelona el famoso monasterio de monjas del Cister, que con el nombre de *Valdoncella* se hizo luego famosísimo. Su primer asiento estuvo algo lejos de la capital, cerca de Vallvidrera, en la montaña al Norte de Sarriá. El segundo en el arrabal al Oeste de Barcelona y en situación diametralmente opuesta á la del monasterio de Santa Clara. Su obra se comenzó en 1263; «y de allí á seis años ya se habitó, y el obispo consagró su iglesia á 27 de Octubre» (1).

Sospecho que Urbano IV expidió esta bula (16 Enero 1262) y las dos precedentes (26 Octubre y 17 Noviembre de 1261), con el objeto de parar el perjuicio que debía sobrevenir al monasterio de Santa Clara si en su vecindad se edificase el de Valdoncella. En la ciudad de Plasencia ocurrió un caso análogo (2); pero allí, como no contaban los franciscanos con el directo apoyo del Rey se frustró su reclamación á Gregorio IX y la bula (26 Mayo 1233) de este pontífice.

67.

Viterbo, 27 de Enero de 1262. Urbano IV al arzobispo, sufráganeos y demás prelados de la provincia eclesiástica de Tarragona para que amparen fuertemente el monasterio.—Número 546.

Urbanus episcopus, servus servorum dei, Venerabilibus fratribus.. Archiepiscopo Terrachonensi et eius suffraganeis, ac dilectis filiis Abbatibus, prioribus, Decanis, Archidiaconis, Prepositis plebatus et aliis ecclesiarum Prelatis per Terrachonensem provinciam constitutis, Salutem et apostolicam benedictionem.

Non absque dolore cordis et plurima turbatione didicimus

(1) Villanueva, *Viaje literario*, t. XVII, p. 220.
(2) BOLETÍN, t. XXVII, p. 114.

quod ita in plerisque partibus ecclesiastica censura dissolvitur et canonice sententie severitas enervatur ut viri religiosi, et hii maxime qui per sedis apostolice privilegia maiori donati sunt libertate passim a malefactoribus suis iniurias sustineant et rapinas, dum vix invenitur qui congrua illis protectione subveniat et pro fovenda pauperum innocentia se murum defensionis opponat.

Specialiter autem dilecte in christo filie.. Abbatissa et Sorores Monialium inclusarum Monasterii sancti Antonii, Barchinonen(sis), ordinis sancti Damiani, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, tam de frequentibus iniuriis quam de ipso cotidiano defectu iustitie conquerentes, universitatem vestram litteris petierunt apostolicis excitari ut, ita videlicet eis in tribulationibus suis contra malefactores earum prompta debeatis magnanimitate consurgere, quod ab angustiis quas sustinent et pressuris vestro possint presidio respirare. Idcirco Universitati vestre per apostolica scripta mandamus atque precipimus quatinus illos qui possessiones vel res seu domos predictarum Sororum irreverenter invaserint aut ea iniuste detinuerint, que predictis sororibus ex testamento decedentium relinquuntur, seu in ipsas sorores vel ipsarum aliquam contra apostolice sedis indulta sententiam excommunicationis aut interdicti presumpserint promulgare, vel decimas de nutrimentis animalium suorum, spretis eiusdem sedis privilegiis extorquere, si de hiis manifeste vobis constiterit, canonica monitione premissa, si laici fuerint publice candelis accensis, singuli vestrum in diocesibus et ecclesiis vestris excommunicationis sententia percellatis. Si vero clerici, vel Canonici regulares seu Monachi, extiterint, appellatione remota ab officio et beneficio suspendatis, neutram relaxaturi sententiam donec predictis sororibus plenarie satisfaciant; et tam laici quam clerici seculares qui pro violenta manuum iniectione in sorores ipsas, vel ipsarum aliquam, anathematis vinculo fuerint innodati cum diocesani Episcopi litteris ad sedem apostolicam venientes ab eodem vinculo mereantur absolvi.

Datum Viterbii VI kalendas februarii Pontificatus nostri Anno Primo.

Cuelga de moderna trenza de cáñamo el sello de plomo.

De la misma bula hay otro ejemplar idéntico bajo el número 547.

Eran sufragáneos entonces de D. Benito de Rocabertí, arzobispo de Tarragona, los obispos de Cataluña y de Elna en el Rosellón, los de los reinos de Aragón y Valencia y además los de Pamplona y Calahorra. No se sabe que en 1262 se juntasen á concilio; aunque ello no obsta para creer que así fué. El mal general, que debían extirpar y que Urbano IV les denuncia por esta bula, era gravísimo. En 4 de Abril de 1257, celebrando Cortes en Lérida, prometió coartarlo el Rey al Estamento ó Brazo eclesiástico; pero en términos que dejaban expedita la vía de renovarlo (1).

El príncipe D. Pedro, cuyo favor invocó Urbano IV por su bula del 17 de Noviembre de 1261, había dado ya el paso decisivo para ratificar su matrimonio con Doña Constancia, hija de Manfredo, rey de Sicilia. Ni con él por esta causa, ni con D. Jaime *el Conquistador*, andaba entonces el Papa tan desabrido, como se ha dado en creer. Urbano IV accedió á que se verificase el enlace (13 Junio, 1262), garantizándole D. Jaime que no haría armas en favor de Manfredo.

68.

Viterbo, 18 de Febrero de 1262. Urbano IV al veguer y bailes del rey de Aragón en Barcelona para que amparen el monasterio.—Número 548.

Urbanus episcopus, servus servorum dei, Dilectis filiis.. Vicario et Baiulis Carissimi in christo filii nostri.. Regis Aragonum Illustris in Civitate Barchinonen(si) Salutem et apostolicam benedictionem.

Gratia conditoris omnium dignos vos redditis si personas, eius desudantes obsequiis, favoris oportuni subsidio foveatis. Cum autem dilecte in christo filie.. Abbatissa et Conventus Monialium inclusarum Monasterii sancti Antonii, Barchinonen(sis), ordinis

---

(1) «Item concedimus et confirmamus vobis, Ecclesiis, monasteriis, locis religiosis.... privilegia et libertates per nos et predecessores nostros vobis et ipsis concessa; nisi quod talia essent privilegia quod de iure vel de foro Regni Aragonum essent merito revocanda.

sancti Damiani, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, quas obtentu divini nominis, sicut eisdem referentibus nobis innotuit, habuistis specialiter commendatas, firmam se asserant concepisse fiduciam quod vos, maxime nobis rogantibus, in suis et Monasterii sui negotiis invenient promptiores, discretionem vestram rogamus et hortamur attente, in remissionem vobis peccaminum iniungentes quatenus sic, circa dicta, abbatissam et Conventum pro divina et sedis apostolice reverentia vestrum continuetis affectum quod retributio perennis glorie vobis propter hoc a divina pietate proveniat et a nobis condigni favoris gratia compensetur, et alias eis defensionis presidio assistentes, non permittatis ipsas vel earum Monasterium ab aliquibus vestre iurisdictioni subiectis, quantum in vobis fuerit, molestari.

Datum Viterbii XII kalendas Martii, Pontificatus nostri Anno Primo.

El sello de plomo cuelga de un cordón de cáñamo. Al dorso: *Monasterium sancti Antonii, barchinonen(sis), sancti Damiani.*

69.

Viterbo, 9 de Mayo de 1262. Urbano IV al arzobispo de Tarragona Don Benito de Rocabertí, encargándole el amparo del monasterio.—Número 563.

Urbanus episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri.. Archiepiscopo Terraconensi, Salutem et apostolicam benedictionem.

Sub religionis habitu vacantibus studio pie vite ita debemus esse propitii ut in divinis beneplacitis exequendis malignorum non possint obstaculis impediri. Cum itaque dilecte in christo filie.. Abbatissa et conventus monialium inclusarum Monasterii sancti Antonii, Barchinonen(sis), ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Damiani, a nonnullis qui nomen domini recipere in vacuum non formidant, graves, sicut accepimus, super possessionibus et aliis bonis suis patiantur molestias et pressuras, nos earum providere quieti et malignorum malitiis obviare volentes fraternitati tue per apostolica scripta mandamus

quatinus easdem Abbatissam et Conventum pro divina et nostra reverentia favoris oportuni presidio prosequens non permittas ipsas contra indulta privilegiorum apostolice sedis ab aliquo molestari, Molestatores huiusmodi per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita compescendo, Presentibus post Triennium minime valituris.

Datum Viterbii, VII Idus Maii, Pontificatus nostri Anno Primo.

Del cordón de cáñamo cuelga el sello de plomo. Al dorso: *firmatus pro ordine sancti Damiani.*

El archivo del monasterio no atesora más bulas de Urbano IV. Este gran Pontífice, por muchos títulos benemérito de nuestra España, que otorgó á la Universidad de Palencia los privilegios de la de París (14 Mayo 1262), concedió al rey D. Alfonso *el Sabio* el título de electo emperador de romanos (7 Agosto 1263) y erigió pocos días después (21 Agosto) en episcopal y en mausoleo del mismo rey la iglesia mayor de Cádiz, no escaseó sus gracias á la ciudad de Barcelona, entre las cuales se ha de notar la confianza deferente **(68)** que hizo de su veguer y alcaldes. En 18 de Octubre de 1263 expidió desde Orvieto la famosa bula (1) por la cual intimó á la venerable abadesa Sor Inés de Paranda que en adelante su Orden religiosa no se había de llamar de San Damián, sino de Santa Clara, consignando expresamente y en toda su latitud la regla que siguió la Comunidad hasta bien entrado el siglo XVI y transmitió á sus hijuelas de Castellón de Ampurias (1267?) y de Santa María de Pedralbes (1327).

Salieron del monasterio de Santa Clara de Barcelona para fundar el de Castellón de Ampurias tres religiosas: Sor Raimunda de Vilafranca, Sor Jacobina y Sor Juana. Difieren los autores sobre el año de la fundación, colocándola unos en 1263, otros en 1267. La fábrica del monasterio de Castellón empezó en 13 de Febrero de 1260 á expensas de la noble Doña Dulce *(Andolsa)* ó Aldonza, viuda de D. Guillermo de Pau.

---

(1) Potthast, 18.680.

70.

Viterbo, 22 de Septiembre de 1266. Clemente IV al arzobispo de Tarragona D. Benito de Rocabertí, ordenándole que ampare el Monasterio.—Número 575.

Clemens episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri.. Archiepiscopo Terrachonensi Salutem et apostolicam benedictionem.

Sub religionis habitu vacantibus studie pie vite ita debemus esse propitii quod in divinis beneplacitis exequendis non possint aliquorum perversitatibus impediri. Cum igitur dilecte in christo filie.. Abbatissa et conventus Monasterii sancti Antonii, Barchinonen(sis), ordinis sancte Clare, a nonnullis qui nomen domini in vacuum recipere non formidant, molestias multiplices patiantur, Nos et earundem Abbatisse et Conventus providere quieti et talium conatibus refragari volentes, Fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus eisdem Abbatisse et Conventui efficaciter presidio defensionis assistens non permittas eas contra indulta privilegiorum sedis apostolice ab aliquibus indebite molestari, Molestatores huiusmodi per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo; Attentius provisurus ne de hiis que cause cognitionem exigunt vel que personas et bona huiusmodi non contingunt, te aliquatenus intromittas. Nos enim si secus presumpseris tam presentes litteras quam etiam processum quem per te illarum auctoritate haberi contigerit, omnino carere viribus ac nullius fore decernimus firmitatis. Huiusmodi ergo mandatum nostrum sic prudenter et fideliter exequaris ut eius fines quomodolibet non excedas, Presentibus post Triennium minime valituris.

Datum Viterbii x kalendas octobris Pontificatus nostri Anno Secundo.

Del cordón de cáñamo cuelga el sello de plomo. Al dorso: *Bona spes.*

Bien se deja entender el celo con que obedeció á este encargo

el arzobispo D. Benito de Rocabertí; porque al año siguiente (1267) fundó en su ciudad de Tarragona el monasterio de Clarisas (1), cuya obra perfeccionó su inmediato sucesor D. Bernardo de Olivellas (2). En el año 1267 se procedió asimismo á la fundación del monasterio de Tortosa por Juan Ametlla, y se completó, á lo que parece (3), la iniciada con la colonia del de Barcelona en Castellón de Ampurias.

Sabido es cómo Clemente IV, por su célebre bula *Cum iam dudum*, fechada en Perusa á 26 de Febrero de 1265, dió en feudo á Carlos de Anjou el reino de Sicilia. Manfredo pereció en el campo de batalla (26 Febrero, 1266); Conradino, dos años después, en el cadalso. La bula que dirigió Clemente IV á D. Jaime *el Conquistador* en 24 de Febrero de 1265, así como la presente (22 Septiembre, 1266), tuitiva del monasterio de Santa Clara de Barcelona, descubren que, si bien el rey y su hijo D. Pedro no dejarían de sentir el ver excluída á Doña Constancia de la sucesión al reino de Sicilia, estaban entonces muy distantes de dar pábulo al conflicto consiguiente á las *vísperas sicilianas* (30 Marzo, 1282). Uno y otro, celosos de corresponder á la solicitud de la Santa Sede, ampararon el monasterio tan firmemente que hasta el año 1299 ninguna excitación emanó de ella en este sentido. El rey D. Jaime al morir (27 Julio, 1276) hizo á la Comunidad cuantiosa manda ó legado de cien maravedís de oro.

Al primer período de 33 años (1233-1266), casi todo historiado por las frecuentes bulas de los papas, otro se siguió (1266-1299) privado casi por entero de tan precioso requisito. Semejante eclipse no se puede explicar por el entredicho que pesó sobre los Estados de Aragón en los postreros años de D. Pedro *el Grande* y en el reinado de su hijo y sucesor D. Alfonso III (1285-1291). Conviene recordar que á partir del 18 de Octubre de 1263 se normalizó por Urbano IV la situación de todas las Clarisas del orbe cristiano, quedando en manos del cardenal protector, Juan Gae-

(1) Villanueva, *Viaje literario*, tomo XIX, pág. 187. Madrid, 1851.

(2) *Ibidem*, pág. 264.

(3) Gonzaga, *De origine Seraphicæ Religionis Franciscanæ eiusque progressibus*, páginas 1112 y 1119. Roma, 1587.

tano (que después fué Nicolao III), y de sus sucesores, el cargo de proveer en nombre del romano pontífice á las atenciones ordinarias de los monasterios.

71.

Orvieto, 18 de Enero de 1291. Nicolás IV á las abadesas y monasterios de la orden de Santa Clara, concediéndoles que no paguen impuestos á los legados apostólicos, ni procuraciones salvo las del cardenal protector de los Menores y de las Clarisas.—Número 677.

Nicolaus episcopus, servus servorum dei, Dilectis in christo filiabus universis Abbatissis et Conventibus Sororum inclusarum monasteriorum ordinis sancte Clare, Salutem et apostolicam benedictionem.

Quanto studiosius devota mente ac humili contemplationi etc., se noverit incursurum.

Datum apud Urbem veterem xv kalendas februarii Pontificatus nostri Anno Tertio.

Cuelga de hilos de seda encarnados y amarillos el sello de plomo.

Publicaron esta bula los autores que cita Potthast (23528). Es la única en el archivo del monasterio que rompe las densas tinieblas acumuladas durante el último tercio del siglo XIII. La recibió Sor Saurina de Olzet, quien por fallecimiento de la venerable Inés de Peranda († 17 de Septiembre de 1281) ejerció el cargo de abadesa hasta el año 1305, y tuvo por sucesoras á Ermesinda de Cartellá (1305–1310), Clara Zaporta (1312-1322), Francisca de Olomar (1322-1326), y Sancha de Conques (1326–1333).

Siendo abadesa Doña Saurina de Olzet, aconteció la consagración de la iglesia hermosísima del convento franciscano (15 Julio, 1297), cuya lápida conmemorativa he visto en el Museo provincial arqueológico de Barcelona (1), y dice así:

---

(1) Número 923. Ha ilustrado este mármol con excelentes notas D. Antonio Elías de Molins en su *Catálogo del Museo provincial de antigüedades de Barcelona*, p. 186-189. Barcelona, 1888.

Anno domini M.CC.XC.VII, idibus iulii, hec ecclesia | fratrum Minorum, in honorem beati nicholai constr|ucta, fuit consecrata per dominum fratrem ludovicum or | dinis fratrum Minorum episcopum tholosanum, illustris| regis Caroli filium, presente domino fratre bernardo eiusdem | ordinis episcopo Barchinonensi et simul consecrante altare beati | Francisci in eadem ecclesia collocatum.

El obispo de Barcelona que consagró el altar de San Francisco era D. Fr. Bernardo Peregrí, á quien es debida como á primer autor la reconstrucción de la catedral. La iglesia del mismo convento fué consagrada por San Luís, obispo de Tolosa, muerto en la flor de su juventud († 19 Agosto, 1297), á quien está dedicada una de las principales parroquias de Madrid. ¿Consagraron el templo de San Antonio de Padua propio de las Clarisas? La inscripción quizá se oculta y ha de buscarse en la capilla de su advocación, que respetaron los constructores de la ciudadela en 1715 y los modernos demoledores de ésta.

72.

Anagni 17 de Agosto de 1299. Bonifacio VIII al Prior de Santa Eulalia del Campo para que restituyan al Monasterio el legado de Bernardo Cantur sus albaceas Bartolomé Romeu, y otros.—Número 713.

Bonifacius episcopus, servus servorum dei, Dilecto filio.. Priori sancte Eulalie de Campo, Barchinonen(sis), Salutem et apostolicam benedictionem.

Conqueste sunt nobis dilecte in christo filie.. Abbatissa (1) et Conventus Monasterii beati Antonii, Barchinonen(sis), ordinis sancte Clare, quod Bartholomeus Romei laicus et alii laici Barchinonen(sis) Civitatis et dioc(esis) executores testamenti quondam Bernardi Canturii Civis Barchinonen(sis) quasdam pecuniarum summas, possessiones et res alias, quas dictus defunctus ad se spectantes eisdem Abbatisse et Conventui in ultima voluntate legavit, quasque per manus ipsorum executorum sibi exhi-

(1) Saurina de Olzet.

beri mandavit, contra iustitiam detinent et eis exhibere indebite contradicunt, licet ad id bona sufficiant testatoris. Ideoque discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus, partibus convocatis, audias causam et appellatione remota debito fine decidas, faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia odio vel timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante, compellas veritati testimonium perhibere.

Datum Anagnie XVI kalendas Septembris Pontificatus nostri Anno Quinto.

Cuelga del cordón de cáñamo el sello de plomo. Al dorso: *B. de.co fratr(i).*

73.

Letrán, 31 de Marzo de 1300. Bonifacio VIII á D. Ponce Burguet, abad de San Cucufate del Vallés († 20 Agosto 1306). Que compela á los detentores de los bienes del monasterio á restituírselos.—Número 715.

Bonifacius episcopus, servus servorum dei, Dilecto filio.. Abbati Monasterii sancti Cucufatis de Vales, Barchinonen(sis) dioc(esis), Salutem et apostolicam benedictionem.

Dilectarum in christo filiarum.. Abbatisse et Conventus Monasterii sancti Antonii Barchinonen(sis), ordinis sancte Clare, precibus inclinati, presentium tibi auctoritate mandamus quatinus ea que de bonis ipsius Monasterii alienata inveneris illicite vel distracta, ad eas et proprietatem eiusdem Monasterii legitime revocare procures, Contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita compescendo. Testes autem qui fuerint nominati si se gratia odio vel timore subtraxerint censura simili, appellatione cessante, compellas veritati testimonium perhibere.

Datum Laterani II kalendas Aprilis, Pontificatus nostri Anno Sexto.

Cuelga del cordel de cáñamo el sello de plomo. Al dorso: *Berengarius de A.*

El abad á quien fué dirigida esta bula murió en 20 de Agosto de 1306, como lo muestra su epitafio, que existe en el claustro

del monasterio de San Cucufate (1): *Anno Domini M.CCC.VI. XIII kal. septembris obiit Vener. Fr. Poncius Burgeti, Dei gratia Abbas S. Cucufatis [Vallensis?], fama preclarus, opinione mirabilis, cuius corpus in hoc presenti tumulo requiescit.*

Conjeturo que no fué ajena á la obtención de esta bula y de la precedente la mediación de Doña Constancia, hija del rey Manfredo y viuda de Pedro *el Grande.* «Consta por memorias antiguas y por indisputables documentos que en 1299 (Abril ó Mayo) vino á Barcelona con su hijo D. Jaime, *profesando en el convento de Santa Clara,* y siendo enterrada á 13 de Junio de 1301 en la misma iglesia de San Francisco de Asís, que guardaba ya el sepulcro de su hijo primogénito D. Alfonso» (2).

No dejaré de notar que el monasterio, para la confirmación ó aprobación canónica de las abadesas, libremente elegidas por la Comunidad, dependía del provincial franciscano de Aragón. Así es de ver en el acta (3) de aprobación, fechada en Viena del Delfinado (11 Febrero, 1312), donde había concurrido al concilio general el provincial Fr. Romeo Ortiz y ratificó la elección hecha en favor de la abadesa Clara Zaporta en sustitución de la difunta Ermesinda de Cartellá.

74.

Lérida, 12 de Noviembre de 1314. Concesión hecha por D. Jaime II á Romeo de Marimón, para que designase una sola vez el capellán que había de servir en la iglesia de Valldaura, que era de patronato real.—Archivo general de la Corona de Aragón, Registro 210, Gratiarum II, Jacobi II, pars I, fol. 1 vuelto.

In Ilerda II idus novembris anno Domini MCCC quartodecimo dominus Rex concessit Romeo de Marimundo quod, quamprimo vaccare contigerit Ecclesiam seu Capellam, que est in domo de vayldaura [cuj]us jus patronatus pertinet ad dominum Regem,

(1) Villanueva, *Viaje literario*, tomo XIX, pág. 35.

(2) Balaguer (D. Víctor), *Historia de Cataluña*, tomo IV (2.ª edición), pág. 474. Madrid, 1886.—Alfonso III murió en 18 de Junio de 1291.

(3) Archivo del monasterio, núm. 740.

quod ipse Romeus possit una vice tantum, nomine et pro parte ipsius domini Regis, assignare dictam capellam alicui clerico ydoneo quem voluerit idem Romeus, et ipsum ad idem beneficium presentare prout dominus Rex posset. Et illi, quem dictus Romeus nominaverit, dominus Rex faciet cartam suam.

La misma concesión se renovó en favor de Bernardo de Marimón, hijo de Romeo y poseedor de la finca de Valldaura, en 10 de Mayo de 1325 (1). A este Bernardo compró el Rey en 11 de Diciembre del mismo año la finca, que dió á la reina Doña Elisenda para fundar allí un monasterio de Santa Clara. Véase el documento **78.**

75.

Aviñón, 13 de Abril de 1317. Juan XXII á D. Jimén de Luna, arzobispo de Tarragona; á D. Pedro López de Luna, obispo de Zaragoza, y á D. Jimén García, obispo de Pamplona, encargándoles que provean al amparo de las Clarisas.—Número 754.

Johannes episcopus, servus servorum dei, Venerabilibus fratribus.. Archiepiscopo Terraconen(si) et.. Cesaraugustan(o) ac.. Pampilonensi Episcopis, Salutem et apostolicam benedictionem.

Inter opera pietatis ad que nos apostolatus officii cura solicitat illud esse credimus in oculis divine maiestatis acceptum, si personas sub observantia regulari degentes et presertim in fragilitate sexus feminei constitutas, quibus favor est plenior adhibendus et que non habent alium preter Romanum Pontificem defensorem, apostolice defensionis presidio muniamus.

Cum itaque dilecte in christo filie, Abatisse et Conventus Monasteriorum Monialium inclusarum, sive Sorores ordinis sancte Clare vel sancti Damiani seu Minorisse dicantur, sicut ipse nobis insinuare curarunt, a Prelatis Rectoribus et Clero aliisque personis super bonis iuribus et libertatibus earundem contra Indulta privilegiorum apostolice sedis, eis et earum ordini a dicta sede hactenus concessorum, multipliciter molestentur et multiplicia eis gravamina inferantur, Nos volentes eas super hoc ut liberius

(1) Archivo de la Corona de Aragón, registro 489, fol. 128.

valeant domino famulari de oportuno remedio providere, Fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus vos, vel duo aut unus vestrum per vos vel per alium seu alios eisdem Abbatissis et Monialibus Sororibus ac Minorissis, presentibus et futuris, efficacis defensionis presidio assistentes, non permittatis ipsas contra dictorum Privilegiorum tenorem a predictis vel quibuscunque aliis molestari, nec eis aliqua gravamina vel iniurias irrogari, facientes ipsis de illatis sibi iniuriis molestationibus et gravaminibus contra tenorem eundem, in illis videlicet que Judicialem requirunt indaginem per viam iudicii, in aliis vero prout qualitas ipsorum exegerit, iustitie complementum ita quod Officium potestas et iurisdictio vestra perpetuata ex nunc in antea censeantur, Molestatores et iniuriatores huiusmodi necnon Contradictores et rebelles quandocunque et quotienscunque expedierit per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstantibus tam de.. duabus dietis in Concilio generali quam felicis recordationis Bonifacii pape VIII predecessoris nostri, quarum prima cavetur ne quis certis exceptis casibus extra suam Civitatem et dioc(esim), Secunda vero ne reus alterius dioc(esis) ultra unam dietam a finibus eiusdem dioc(esis) ad iudicium evocetur, et aliis quibuscunque Constitutionibus ab eisdem Predecessoribus nostris tam de Judicibus delegatis quam Conservatoribus aut aliis editis, que vestre possent in hac parte iurisdictioni aut potestati eiusque libero exercitio quomodolibet obviare, seu si aliquibus a dicta sit sede indultum quod excommunicari suspendi vel interdici non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et qnibuslibet aliis Indulgentiis privilegiis et litteris apostolicis quibuscunque et in quacunque forma verborum concessis per que presentibus, non expressa vel totaliter non inserta, dicte iurisdictionis sive potestatis explicatio possit quomodolibet impediri et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum oporteat fieri in nostris litteris mentionem.

Datum Avinione Idus Aprilis Pontificatus nostri Anno Primo.

Cuelga del cordón de cáñamo el sello de plomo. En el pliegue inferior: *N. Campollon.*

Al dorso: *Bonus ho(mo) de lana, Monialium. R(egistrata)* MMDCCC III.ª

Un año después, en 14 de Junio de 1318, erigióse en arzobispal la Silla de Zaragoza, perdiendo la de Tarragona casi la mitad de su territorio.

76.

Barcelona, 25 de Junio de 1322. Mandato del rey D. Jaime II á los albaceas de D. Bernardo Guillén Zaportella para que den á la hija de este noble, doña Francisca, profesa en Santa Clara de Barcelona, los bienes que le tocaban así por parte de su padre, como de su madre doña Sibila. —Archivo de la Corona de Aragón, registro 175, *Commune 67 A. Jacobi II*, fol. 198 v.

Jacobus etc., venerabili in christo patri Berengario, divina providencia Vicensi episcopo, et dilectis nostris abbati *del estany* et priori de *ça portella* (1) et Berengario de Portella Canonico Urgellensi, manumissoribus Nobilis bn^{i}. G^{r}. de portella quondam, salutem etc.

Cum [per] vos, dictus Nobilis bn. G^{r}. quondam et Nobilis Sibilia de portella legaverit venerabili sorori francisce, filie sue, certas pecunie quantitates, ipsaque jus habeat in bonis eorundem parentum suorum, Eapropter vos rogamus et ex debito justitie requirimus quatenus, habita consideratione ad statum dicte sororis francisce in paupertate religionis ejusdem, legatas ei quantitates sibi velitis exsolvere, Et super juribus aliis, eidem in bonis dictorum parentum suorum competentibus cum ea amicabiliter convenire, Taliter faciendo quod dicta soror francisca in dicta religione, iuxta sui condicionem, vitam ducere valeat, Et quod suum indilate tribuatur eidem.

Datum Barchinone, VII° kalendas julii anno domini M.° CCC° vicesimo secundo.

Franciscus de bastida mandato regis.

Cinco años más tarde salía Sor Francisca del monasterio de

(1) De uno y otro monasterio trata Villanueva en su *Viaje literario*, tomo VII, páginas 234-239; VIII, 107-118.

Santa Clara para fundar con otras trece compañeras el de Santa María de Pedralbes, cuya segunda abadesa fué según lo explica su epitafio († 25 Mayo, 1364). En la convocatoria para las Cortes de Gerona que hizo D. Jaime II el día 1.º de Abril de 1321 figura en la primera categoría de los Nobles Bernardo Guillén de Portella, padre de Sor Francisca, pero al cerrarse las Cortes no aparece su firma; lo cual es indicio de que en 14 de Agosto del mismo año había fallecido, ó bien se hallaba gravemente enfermo.

77.

Aviñón, 1.º de Septiembre de 1324. Juan XXII al guardián y á los franciscanos de Barcelona. Les dispensa, á ruegos de la reina doña Elisenda que puedan hacer exequias en el monasterio de Santa Clara y asistir al sepelio de las que hubieren tomado el hábito para ser enterradas dentro del mismo monasterio.—Número 764.

Johannes episcopus, servus servorum dei, Dilectis in christo filiis.. Guardiano et fratribus ordinis Minorum, Barchinonen(sibus) Salutem et apostolicam benedictionem.

Carissime in christo filie Elysendis Regine Aragonum Illustris, in hac parte nobis humiliter supplicantis, precibus inclinati vobis presentium auctoritate concedimus quod cum per dilectam in christo filiam.. Abbatissam seu Conventum sancti Damiani, Barchinonen(sis), ordinis sancte Clare vocati fueritis ad sepeliendum corpora mulierum que habitum susceperint earumdem, queve sunt infra dictum Monasterium tumulanda, et exequiarum seu sepulture officium inibi celebrandum, illuc accedere et sepulturis interesse et exequiarum officium celebrare libere valeatis, dummodo in loco a iure permisso fiant huiusmodi sepulture, constitutione ipsius Monasterii vel ordinis predicti seu alia quacunque contraria non obstante.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Avenione, kalendis Septembris, Pontificatus nostri Anno Octavo.

Cuelga el sello de trenza de hilos de seda encarnados y amarillos. En el pliegue inferior: *P. de Pon.* Al dorso: *Nos. Reg(ine) Aragon(um). R(egistrata)* MDCCLXXVII.

La reina doña Elisenda contrajo matrimonio con D. Jaime II de Aragón en 25 de Diciembre de 1322. Hija del senescal de Cataluña D. Pedro II de Moncada y de doña Elisenda de Pinós quiso, por devoción al monasterio de Santa Clara de Barcelona, sacar de él una colonia é instalarla en otro monasterio, edificado á su costa en el solar que había pertenecido á sus antepasados entre Moncada y Serdañola. Los linderos, que el siguiente diploma regio asigna á este solar, ó heredad, son exactamente los mismos que señaló en 1150 D. Guillén Ramón Dapifer de Moncada al entregarla (1) con asentimiento de sus hijos Guillén, Ramón y Berenguer al abad cisterciense de la grande Seauve para fundar allí el monasterio, que fué cuna del celebérrimo de Santas Creus. Véase el documento **74.**

78.

Barcelona, 11 de Diciembre de 1325. Diploma del rey D. Jaime II, donando á doña Elisenda de Moncada la casa y posesiones de Valldaura para construir un monasterio de monjas de Santa Clara, ó de otra Orden, con la condición de que su iglesia, ó por lo menos el altar mayor, se dedicase bajo la advocación de Santa María. Este diploma se canceló y rasgó en 6 de Marzo de 1326.—Archivo general de la Corona de Aragón, registro 227, *Gratiarum 19 Jacobi II, pars II,* fol. 272 v.- 273 r.

Donatio facta domine regine Elisende de domo de Vayldaura pro Monasterio construendo.

In christi nomine etc. Pateat universis etc. Nos Jacobus dei gratia Rex Aragonum etc.

Condigna meditatione pensantes quod si sacris pietatis operibus operam conferimus oportunam, participes eorum efficimur,

(1) Villanueva, *Viaje literario*, t. XX, p. 235.

nobisque per acceptum altissimo meritum et aliis proficimus per exemplum; Ideo cum vos, Illustris domina Elysendis Regina Aragonum, consors nostra karissima, igne divini amoris succensa *ob devotionis ardorem quam ad ordinem geritis sancte Clare*, ad laudem et gloriam omnipotentis dei et semper virginis Marie Genitricis eiusdem, animarumque nostrarum et predecessorum nostrorum et vestrorum remedium et salutem intendatis construere Monasterium in loco idoneo ab hominum distante consorcio, in quo *Moniales eiusdem ordinis collocentur*, nobisque supplicaveritis ut locum ad hoc aptum vobis concedere dignaremur; Nos tam pium tamque laudabile mentis vestre propositum gratis affectibus prosequentes et *domum nostram de valldaura* ad hoc habilem cognoscentes, propterea gratis et ex certa scientia per nos et omnes successores nostros presentem (1) atque futuros cum hac carta nostra, perpetuo valitura, Damus concedimus atque tradimus, titulo pure perfecte et irrevocabilis donationis inter vivos, vobis dicte Regine in perpetuum pro francho et libero alodio, ad opus videlicet Monasterii Monialium predicti vel alterius ordinis construendi (2), cuius ecclesiam, seu eius altare precipuum beate Marie volumus insigniri vocabulo, dictam domum nostram de Valldaura, sitam in diocesi Barchin(one), cum hedifficiis in ea constructis, et cum introitibus, exitibus, terminis, affrontationibus, honoribus, terris cultis et heremis, montibus, planis, clausuris et aliis juribus et pertinentiis universis dicte domui spectantibus et spectare debentibus quoquomodo. Que quidem domus est in monte de Cerdenyola, satis prope collem voccatum de Erola (3) qui est in territorio civitatis Barchin(one). Et terminatur dicta domus cum pertinentiis et tenedonibus suis a parte orientis a capite vocato de *ape* usque ad montem vocatum de *Turaçolla*, Et a parte meridie usque ad montem vocatum *dena Ginesta* et in alodio sancti Cucuphatis, Et a parte occidentis a serra vocata de *Teyl* usque ad trileas de furno, et a circio usque ad

(1) Alfonso IV.

(2) Si bien la intención de la Reina era de fundar un monasterio de Clarisas, la munificencia de su esposo no se coarta á esta condición, dejando en manos de la fundadora la elección de cualquier otra Orden.

(3) *Collserola*. La *s* de este vocablo no es radical. Equivale á *de*.

furnum de trileis (1). Et declarantes ac eciam decernentes predictam domum cum suis terminis pertinenciis et affrontacionibus supradictis esse quadram limitatam et terminatam per se et extra terminos cuiuslibet castri et loci alterius cuiuscunque, illam ex certa sciencia a vicaria vallensis (2) et eius jurediccione prorsus eximimus et vicarie Barchinone perpetuo volumus atque decernimus subiacere, Mandantes vicario Vallensis presenti, et qui pro tempore fuerint, ne contra exemptionem et decretum nostrum huiusmodi aliquid attemptare presumat.

Hanc autem donationem et concessionem jam dicte domus facimus vobis, dicte Regine, perpetuo, pro Monasterio dumtaxat Monialium dicti ordinis vel alterius de quo ordinaveritis inibi sub invocatione tamen beate Marie virginis construendo, pure libere et absolute et absque aliqua alia retencione et condicione nostri et nostrorum per proprium franchum et liberum alodium, sicut ipsam domum cum omnibus juribus et pertinenciis suis melius habemus, et habere possumus et debemus, titulo permutationis concessionis et cambii inter nos et bernardum de marimundo Civem Barchinone initi, et ut in instrumento predicte permutacionis, subscripta die (3) confecto auctoritate Margariti sunyeri notarii barchinone plenius et lacius continetur (4), et sicut etiam jure alodiali vel aliter ad nos spectat, et sicut melius sanius dici et intelligi potest ad vestrum salvamentum et bonum et sanum intellectum. Extrahentes predictam domum, quam vobis cum suis juribus et pertinentiis ut est dictum concedimus et donamus, de jure dominii et posse nostri et nostrorum, et illud in vestrum jus dominium et posse mittimus et transferimus in

---

(1) En el diploma del año 1150, D. Guillén Ramón de Moncada expresa los linderos así: «honorem quem habemus in monte de Serdanola ... a parte videlicet orientali a capite *Apis* usque ad montem de *Torrezela*, a parte meridiana usque ad montem *de la Ginesta* et in alodio sancti Cucuphatis, a parte occidentali a serra *Deltel* usque *Lestrias del forn*, a septentrione usque ad furnum de Trias».

(2) Veguería del Vallés. A ella, por lo visto, pertenecía; lo cual se confirma por el usage de Barcelona, rotulado *Item statuerunt*. No iría, de consiguiente, descarriado quien buscase en la sierra de *Teyl*, ó *Tell*, el emplazamiento de la Σετέλσις de Ptolomeo.

(3) 11 de Diciembre de 1325.

(4) Véase el documento 74.

perpetuum, ad construendum tamen ibidem videlicet Monasterium prelibatum et eam eidem Monasterio offerendum donandum atque perpetuo concedendum; Cedentes vobis ex causa huiusmodi donacionis et concessionis omnia jura voces et acciones reales et personales ac mixtas et quascunque alias nobis pertinentes et pertinere debentes in predictis et singulis, que vobis concedimns et donamus tam nomine predicte permutacionis quam alia quacunque racione vel causa contra quascunque personas et res nomine eorum. Quibus juribus vocibus et accionibus possitis uti agere et experiri in judicio et extra ubique, quemadmodum nos possumus ante huiusmodi donacionem et concessionem, et etiam postea, quandocunque; Constituentes vos in hiis omnibus dominam et procuratricem ut in rem vestram propriam, ad premissa videlicet exequenda; Et de presenti inducimus vos in corporalem possessionem omnium et singulorum supradictorum, quam vobis damus et facimus continenter, quam quidem possessionem vobis tradi faciemus de facto; Et interim constituimus nos et omnia et singula pro vobis et vestro nomine possidere, donec corporalem possessionem adepta fueritis de eisdem.

Mandamus itaque per presentes omnibus heredibus et successoribus nostris, necnon universis et singulis officialibus et subditis nostris presentibus et futuris quod huiusmodi donacionem et concessionem nostram firmam habeant et observent, et eam perpetuo faciant et inviolabiliter observari prout superius continetur.

In cuius rei testimonium presentem cartam nostram inde fieri et nostra bulla plumbea jussimus communiri.

Datum Barchinone, Tercio Idus Decembris, Anno Domini Millesimo ccc° xx° Quinto.

Do(minicus) de bis(carra) m(andato) d(omi)ni R(egis).

Signum + Jacobi, dei gratia Regis Aragonum, Valencie, Sardinie et Corsice ac Comitis Barchinone.

Testes sunt: Infans Petrus, dicti domini Regis filius, comes Rippacurcie.—Infans Raimundus berengarii, eiusdem domini Regis natus, Comes Montanearum de Prades.—Raimundus Valenc(ie) episcopus, cancellarius.—Poncius barchinonensis episcopus.—Et berengarius vicensis Episcopus.

Fuit clausum per dominicum de biscarra, scriptorem domini Regis.

Postea, in civitate Barchinone, n[o] (1) nonas Marcii anno predicto (2) M.° CCC.° XXV.°, predicta carta fuit restituta et laniata; quia, dominus Rex, cassata predicta donacione, providit aliter in dotacione et ipso Monasterio alibi construhendo, ut in alia carta Regia, confecta kalendario proxime dicto (3), Registrata in Registro graciarum sequenti (4) lacius continentur.

Echado este fundamento para su obra, la reina Elisenda escribió al Papa para obtener la facultad canónica, que no tardó en serle concedida.

79.

Aviñón, 1.° de Febrero de 1326. Rescripto de Juan XXII á la reina Doña Elisenda, otorgándole que pueda fundar el nuevo monasterio de Clarisas, con tal que llegase á doce el número de las religiosas y fuese la manutención segura.—Archivo del monasterio de Pedralbes. Número 113.

Johannes episcopus, servus servorum dei, Carissime in christo filie Elisendi, Regine Aragonum Illustri, Salutem et apostolicam benedictionem.

Insignis devotionis tue commendantes affectum, quo mentem tuam ad pietatis opera dirigens, locum in quo virgines, deo dicate, virtutum domino perpetui famulatus obsequia sub regulari observantia exhibentes, accensis lampadibus se parent obviam ire sponso, fundare desideras pariter et dotare, petitionibus tuis, quantum cum deo possumus, favorem benivolum impertimur. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod tu ad laudem dei et divini cultus augmentum quoddam *monasterium sororum ordinis sancte Clare* edificare proponis infra Terraconensem provinciam in loco per unam leucam saltem ab hominum habitatione remoto, quem dilectus filius Minister provincialis ordinis

(1) Pridie.
(2) De la Encarnación que espiraba con el día 24 de Marzo.
(3) 6 de Marzo de 1326.
(4) Registro 228, fol. 40-43.

fratrum Minorum Provincie Aragonensis convenientem et aptum fore cognoverit ad premissa. Nos igitur tuis supplicationibus inclinati devotioni tue fundandi infra dictam Terraconensem provinciam domum seu Monasterium dictarum sororum dicti ordinis sancte Clare in loco convenienti iuxta ipsius Ministri provincialis arbitrium, cuius in hac parte concientiam oneramus, Bonifaciana et quacunque Constitutione contraria non obstante, liberam auctoritate apostolica tenore presentium concedimus facultatem, Proviso quod dicto Monasterio de bonis tuis temporalibus taliter provideas quod de eis Duodecim Moniales ad minus in dicto Monasterio valeant commode sustentari.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concesionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Avenione kalendis februarii Pontificatus nostri Anno Decimo.

El sello de plomo cuelga de hilos de seda encarnados y amarillos. En el pliegue inferior: *P.ⁱ defas.* Al dorso: *R. N. Gaetanus.*

Desde el principio del año 1326 la reina habia mudado de proyecto por justas causas respecto del sitio en que se había de fundar el monasterio; y se fijó en Pedralbes, lugar encantador al Sur y en término de Sarriá, que domina el mar y la perspectiva de la ciudad y vega de Barcelona. Los primeros contratos de adquisición son los de compra del dominio, propiedad y tenencia de aquella antigua masía, cuyo nombre *Petralbis* ya tenía á mediados del siglo XI. Vendió á la reina el dominio y la propiedad (17 Enero, 1326) D. Bernardo de Sarriá, hijo de Romeo, por precio de *tres mil* sueldos barceloneses, y en *dieciseis mil* se pagó la tenencia, que vendieron (24 Enero) sus poseedores Elisenda, viuda de Arnaldo de Pedralbes, y su hijo Bernardo, consignando que lo hacen para que allí se edifique un monasterio de la orden de Santa Clara. Rescindióse en 6 de Marzo la donación de Valldaura (1), y en su lugar otras hizo el rey mucho más espléndidas.

(1) Destinóse á sitio real, asemejable al del Pardo de Madrid. Acerca de él, *La Vanguardia*, periódico ilustrado de Barcelona, publicó (números del 15, 25 y 28 de Julio

Púsose la primera piedra del templo en 26 de Marzo, mas no se procedió á la edificación del convento antes que su traza fuese delineada, en 30 de Junio.

80.

Barcelona, 1.º de Julio de 1326. El P. Fr. Ramón Bancal, provincial franciscano de Aragón, testifica que en el día precedente había dado cumplimiento á lo dispuesto por el Papa Juan XXII, aprobando la situación y fábrica ya comenzada del templo de Santa María de Pedralbes, y marcando por sí mismo la planta y divisiones del convento, en presencia de los directores de toda la obra Ferrer Peyrón y Domingo Grañena.—Archivo de este monasterio, núm. 169.

Universis presentes litteras inspecturis Frater Raymundus Banchalis, fratrum Minorum in provincia Aragonie Minister et servus, Salutem et pacem in Domino.

Noveritis quod, cum sanctissimus Pater et dominus, Dominus Joannes divina providentia papa XX^us^, Inclitissime Principisse domine Elisendi, divina gratia Regine Aragonum, liberaliter concessisset (1) quod unum Monasterium sororum ordinis sancte Clare posset hedificare infra provintiam (2) Terrachonensem in loco idoneo ad arbitrium Ministri Aragonie, cuius in hac parte concientiam onerabat, Ego predictus Frater Raimundus, Minister Aragonie, ad requisitionem prefate Domine Regine Aragonum accessi personaliter ad locum prope Barchinonam, qui dicitur *Petra alba*, Parrochie sancti Vincencii de Serriano, Dyocesis Barchinone, Anno domini M.º CCC.º XXVI.º, pridie kalendas Julii, una cum Fratre Arnaldo de Canellis, et Fratre Berengario Folcinerii, et Fratre Petro de Comabella. Dispositione igitur loci predicti diligenter considerata, mandavi eis per obedientiam Salutarem quod in hac parte michi fidele consilium perhiberent. Postea, de consilio eorumdem probavi loci dispositionem pro

---

y 4 de Agosto de 1894) doctos artículos de los Sres. D. Manuel Roqué, D. José Coroleu y D. Salvador Sampere y Miquel.

(1) Aviñón, 1.º de Febrero de 1326.

(2) Metrópoli, de la cual, ocho años antes, se había desgajado la de Zaragoza.

Sororum Monasterio construendo quantum ad situm et quantum ad illud quod erat jam de constitutione Monasterii inchoatum ac in omnibus tatxavi spacium, clausuram et modum usui Monialium dicti Monasterii oportuna et licita, que omnia per cunctos terminos *per me appositos* limitavi ac etiam designavi, Viris venerabilibus Ferrario Peironi Capellano majori et Dominico granyena thesaurario prefate Illustris Regine ibidem presentibus, quos dicta domina Regina constituerat ut essent operis Monasterii directores et precipui promotores. Et in testimonium premissorum hanc litteram scribi feci et sigillo appendicio mei officii sigillari.

Scriptum et sigillatum kalendis Julii, anno quo supra.

En el borde inferior del pergamino quedan los agujeros del sello que de ellos colgó, y no parece.

No todos los gastos de la obra suntuosísima corrían por cuenta de los reyes. A la mitad del andén del claustro, que mira á la sala capitular, se destaca la urna que encierra los restos mortales de insigne matrona, en cuyo epitafio leí:

*Hic iacet nobilis domina Constan|cia de Cardona, que abitum beate Cla|re in fine recepit ac operi capituli is|tius monasterii et pro capella sancti Petri XII*m *solidos | legavit; anima cuius requies|cat in pace, amen. Obiit autem* II *kl. Marcii anno Domini* Mº CCCº XXº Vº

Aquí yace la noble doña Constancia de Cardona, que al fin de su vida recibió el hábito de Santa Clara y legó doce mil sueldos para la obra de la sala capitular de este monasterio y para la capilla de San Pedro. Descanse su alma en paz, amén. Murió en 28 de Febrero del año de la Encarnación 1325 (1326 de la era vulgar).

En el más antiguo libro de óbitos, códice en pergamino del siglo XIV que el monasterio posee, consta no solamente el legado de doce mil sueldos, sino también su aplicación efectiva: ocho mil para la capilla de San Pedro apóstol dentro de la iglesia; cuatro mil para la sala capitular. De creer es que el cuerpo de doña Sibilia de Cardona, amortajado con el hábito que había ella recibido al fin de sus días, se depositó provisionalmente en el monasterio de Santa Clara de Barcelona antes de trasladarse á los claustros del de Pedralbes en el sitio quo marca hoy su

epitafio. Este se repite al otro lado de la pared que separa el claustro de la iglesia ó en el testero de la capilla, próxima al presbiterio, que ha perdido su primitiva advocación de San Pedro apóstol; y es lástima, porque era la única manifestación ostensible del origen que la comunidad de Pedralbes tuvo de la de Barcelona *ad Romanam Sedem nullo medio pertinentis.*

Recuerdo de la devoción que había consagrado, desde el momento en que se fundó, el monasterio de Pedralbes al Príncipe de los Apóstoles, es otro epitafio, que se lee en la misma capilla al lado del anterior:

Hic iacet nobilis domina Elien | or de Pinosio, que obiit in monasterio de Pe | tralba XVII kls. febroarii anno | Domini Mº CCCLXIº, et instituit dictum | monasterium heredem suum universalem | (anima cuius resquiescat in p | ace, amen) devotum sancti Petri.

Aquí yace la noble doña Leonor de Pinós, que murió en este monasterio de Pedralbes á 16 de Enero de 1361, y dejó á dicho monasterio por heredero suyo universal para que siga siendo (con esta herencia) devoto de San Pedro. Descanse su alma en paz, amén.

El cómputo de los años, que este epitafio sigue, no es el de la Encarnación, sino el de la Natividad con arreglo á la constitución *Cum pridem,* decretada por el rey D. Pedro IV de Aragón en las Cortes de Perpiñán á 16 de Diciembre de 1350.

La noble casa de Pinós, á la cual doblemente pertenecía la reina Doña Elisenda (1), está hoy répresentada por D. Ramón Sarriera y de la Manresana, marqués de Barberá; de cuyo archivo sacó y me ha facilitado excelentes apuntaciones para redactar esta Memoria D. Francisco de Bofarull, antiguo y sabio correspondiente de nuestra Real Academia.

Madrid, 8 de Noviembre de 1895.

FIDEL FITA.

---

(1) En el instrumento de donación, fechado en Pedralbes á 18 de Diciembre de 1363, que la reina Elisenda firmó, firma también con las demás religiosas de la Comunidad *Sor Leonor de Pinós*, diversa de la noble señora, cuyo epitafio hemos leído. Sospecho que una ú otra fuese hija del noble Galcerán de Pinós, el cual casó con Doña Berta de Moncada. Esta era hermana de D. *Pedro* de Moncada, padre de la reina; aquel, hermano de la madre.